AUTHOR:

CHAILLET, JAN
LODEWIJK

TITLE:

DE ORATIONIBUS, QUAE
ATHENIS IN...

PLACE:

DOTECOMIAE

DATE:

[1891]

Master Negative #

92-80819-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Chaillet, Jan Lodewijk,
De orationibus, quae Athenis in funeribus publicis habebantur; specimen litterarium inaugurale quod... submittet Janus Ludovicus Chaillet... Dotecomiae, apud C.Misset. [1891]
viii, 88 p. 23 p.

Thesis, Leyden, 1891.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8/31/92 INITIALS B.G.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE ORATIONIBUS, QUAE ATHENIS IN FUNERIBUS PUBLICIS HABEBANTUR.

De orationibus, quae Athenis in funeribus publicis habebantur.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

C. K. HOFFMANN,

PHIL. NAT. DOCT. ET IN FACULTATE DISCIPL. MATH. ET PHYS. PROF.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA
HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

JANUS LUDOVICUS CHAILLET,

E PAGO HALLUM,

die XXIII Mensis Aprilis. MDCCCXCI hora III.

DOTECOMIAE,
APUD C. MISSET.

UXORI CONIUNCTISSIMAE

LIBERISQUE CARISSIMIS.

L. S.

Cum in eo sit, ut Academiae vale dicam, unum restat officium, cui libenter satisfacio, ut publice profitear gratum animum erga Praeceptores, quorum institutione egregia frui mihi contigit.

Imprimis Tua imago, magne COBETE, me subit; Tuum ingenium iterum iterumque in Hyperidis oratione funebri abs Te edita admiratus sum; semper Tui memoriam servabo, qui in Litteras Graecas me introduxisti.

Non contigit mihi, vir Clarissime VAN LEEUWEN, Promotor Aestumatissime, ut Tuam institutionem sequerer, saepius autem in studiis meis tuam erga me benevolentiam expertus sum nec minime in hoc libello scribendo; quam ob rem ex intimo pectore grates accipias velim.

Tibi quoque, vir Clarissime CORNELISSEN, cui me permultum debere, tam ob lectiones, quam ob benevolentiam, non possum non profiteri, libenter grates ago.

Gravi nunc morbo te implicitum esse valde doleo Utinam mox ad litteras discipulosque tuos sis rediturus!

Neque Te, vir Clarissime LAND, silentio a me praeteriri fas est; maxima Tua humanitate, qua me Tibi devinxisti, semper usus sum Vos omnes, viri Clarissimi, ut per longum temporis spatium Academiae Lugduno-Batavae summo decori sitis, opto.

PRAEFATIO.

Nullo officio Graeci diligentius fungebantur quam cultu mortuorum, penitus animo omnium insito. Apud alias gentes antiqui temporis splendidiores funerum pompas adspicimus, ritus etiam magis aperte dolorem indicantes invenimus, obscuram et superstitiosam religionem reliquiarum anxie servatarum animadvertimus, sed ista pietas tam sancta et tam benigna, cuius imprimis est defunctis ultimum amoris officium praestare, et cum accurata cura sepulchri, tum perpetuis donis eorum recordationem et memoriam colere, apud nullam gentem tam clare cernitur.

„Τὸν νεκρὸν ἄθαπτον ἐᾶν" maximum ἀσέβημα, nefarium et impium facinus esse credebatur, non solum propter damna, quae viventibus instare credebantur si non sepelirentur mortuorum corpora, sed praesertim quod corpus inhumatum animae quietem optatam non concederet. Homerica carmina satis nos docent quanti honesta sepultura fieret aevo heroico; morituri a victoribus petere solent, ut inhumatos se iacere ne sinant. Theseus et Hercules auctores „τῆς τῶν νεκρῶν ὑποσπόνδων ἀναιρέσεως" nominantur. Legimus enim apud Plut. Thes. c. 29: „συνέπραξε

δὲ καὶ Ἀδράστῳ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ πεσόντων, οὐχ ὡς Εὐριπίδης ἐποίησεν ἐν τραγῳδίᾳ, μάχῃ τῶν Θηβαίων κρατήσας, ἀλλὰ πείσας καὶ σπεισάμενος· οὕτω γὰρ οἱ πλεῖστοι λέγουσι, Φιλόχορος δὲ καὶ σπονδὰς περὶ νεκρῶν ἀναιρέσεως γενέσθαι πρώτας ἐκείνας," et apud Aelian. Var. Histor. XII. 27: „ἡμερώτατά φασι τὸν Ἡρακλέα προσενεχθῆναι τοῖς ἑαυτοῦ πολεμίοις· πρῶτον γὰρ τῶν ἐξ αἰῶνος νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀποδοῦναι ταφησομένους, εἰωθότων τῶν τότε ὀλιγωρεῖν τῶν ἀνῃρημένων καὶ ἀπολείπειν αὐτοὺς κυνῶν δεῖπνον εἶναι." Lysandro, quod caesos hostes apud Aegospotamos sepeliendos non curavisset magno dedecori fuit (Cfr. Paus. IX. 32. 9.); quod facinus irae in intimo pectore insitae tribuendum est.

Ipso initio Iliadis funesta illa Achillis ira id effecisse dicitur, ut multi fortes viri praedae fierent canum atque alitum. Ira commotus Achilles, Hectori flagitanti (Iliad. X. 337),

„λίσσομ' ὑπερ ψυχῆς καὶ γούνων σῶν τε τοκήων
μή με ἔα παρὰ νηυσὶ κύνας καταδάψαι Ἀχαιῶν,"

respondet (vs. 348).

„ὥς οὐκ ἔσθ' ὅς σῆς γε κύνας κεφαλῆς ἀπαλάλκοι."

et mox (vs. 354).

„ἀλλὰ κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατὰ πάντα δάσονται."

Ulysses Socum, Hippasi filium interfecturus, dicit. Iliad. Λ 452. sqq

„ἆ δείλ', οὐ μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ, ἀλλ' οἰωνοὶ
ὠμησταὶ ἐρύουσι, περὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες·
αὐτὰρ ἔμ' εἴ κε θάνω, κτεριοῦσί γε δῖοι Ἀχαιοί."

Cfr. etiam Iliad. Φ 122 sqq. Odyss. λ. 51 sqq..

Electra fratrem Oresten adhortatur, ut Aegisthum quam primum interficiat et canibus obiiciat. Soph. Elect. 1487:

„ἀλλ' ὡς τάχιστα κτεῖνε καὶ κτανὼν πρόθες
ταφεῦσιν ὧν τόνδ' εἰκός ἐστι τυγχάνειν,
ἄποπτον ἡμῶν·"

Ad quae conferenda sunt verba Nestoris Odyss. ν. 258 sqq. Si Menelaus rediens Aegisthum adhuc vivum invenisset,

„τῷ κέ οἱ οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν,
ἀλλ' ἄρα τόν γε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν
κείμενον ἐν πεδίῳ ἑκὰς ἄστεος."

ubi verba ἄποπτον ἡμῶν idem significant atque ἑκὰς ἄστεος (Ἄργεος?). Videmus igitur, quantas minas antiquo tempore victores victis minitarentur, sed postea „νεκρῶν ἀναίρεσιν δοῦναι τῷ αἰτουμένῳ," ut iusta solverentur, maximum officium erat. Recte Eurip. Suppl 524 sqq. dicit:

„νεκροὺς δὲ τοὺς θανόντας, οὐ βλάπτων πόλιν
οὐδ' ἀνδροκμῆτας προσφέρων ἀγωνίας,
θάψαι δικαιῶ, τὸν Πανελλήνων νόμον
σῴζων. τί τούτων ἐστὶν οὐ καλῶς ἔχον;"

Ex Isocratis Plataeens. cap. 55 patet magno dedecori fuisse, si quis prohibuisset, quominus interfecti sepelirentur: „ἔστι δ' οὐκ ἴσον κακὸν οὐδ' ὅμοιον τοὺς τεθνεῶτας ταφῆς εἴργεσθαι καὶ ζῶντας πατρίδος ἀποστερεῖσθαι καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἁπάντων, ἀλλὰ τὸ μὲν δεινότερον τοῖς κωλύουσιν ἢ τοῖς ἀτυχοῦσιν, κτέ.

Honorifice a progenie sepeliri etiam Platoni pulcherrimum videbatur: Plat. Hipp. mai. p. 291 D: „λέγω τοίνυν, ἀεὶ καὶ παντὶ καὶ πανταχοῦ κάλλιστον εἶναι ἀνδρὶ πλου-

τοῦντι, ὑγιαίνοντι τιμωμένῳ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ἀφικομένῳ εἰς γῆρας, τοὺς αὐτοῦ γονέας τελευτήσαντας καλῶς περιστείλαντι, ὑπὸ τῶν αὐτοῦ ἐκγόνων καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ταφῆναι."

In vita civili officium sepulturae sanctissimum habebatur, ita, ut liberis lege nominatim imperaretur ut parentes sepelirent, etiamsi ceteris erga parentes muneribus soluti essent. Lex Solonis apud Aeschinem in Timarch. p. 40 statuit: „μὴ ἐπάναγκες εἶναι τῷ παιδὶ ἡβήσαντι τρέφειν τὸν πατέρα, μήτε οἴκησιν παρέχειν, ὃς ἂν ἐκμισθώσῃ ἑταιρεῖν· ἀποθανόντα δέ θαπτέτω καὶ τἄλλα ποιείτω τὰ νομιζόμενα."

Demosthenes in Oratione contra Aristogitonem p. 786 hunc vehementer verbis castigat, quod patrem in carcere desertum, Eretria digressus mortuum non sepeliverit, neque iis, qui sepelivissent, sumptus funeris restituerit, sed etiam praeterea diem dixerit.

Cum post pugnam ad Arginusas insulas, propter tempestatem ortam, naufragis auxilium ferri non potuisset, neque mortui sublati essent, octo duces, quorum autem duo fugerant, propter pietatem neglectam capitis damnati sunt et interfecti (Xen. Hell. I. VII. 34).

Si quis cadaver insepultum, ubicumque iacens, inveniebat, non praeteribat, sed manipulo terrae inspergebat. Omnibus notum est facinus Antigones, quae vetante Creonte, fratri mortuo pulverem iniecit.

Interdum autem fiebat ut cadavera neque sepelirentur, neque cremarentur, sed seu religionis, seu reipublicae status causa omnis sepultura omitteretur. Corpora fulmine icta aut omnino non sepeliri solebant, aut, utpote a

Deo tacta et ideo „ἱεροὶ νεκροὶ" existimata, non una cum aliis humo mandabantur. Eurip. Suppl. 935 legimus in colloquio Thesei et Adrasti:

Θ.: „τὸν μὲν Διὸς πληγέντα Καπανέα πυρὶ —
Α.: „ἦ χωρὶς, ἱερὸν ὡς νεκρὸν, θάψαι θέλεις;
Θ.: ναί. τοὺς δέ γ'ἄλλους πάντας ἐν μιᾷ πυρᾷ."

Idem habet Plut. Symp. IV 2. 3. p. 717: „πάντων δε θαυμασιώτατον, ὃ πάντες ὡς ἔπος εἰπεῖν ἴσμεν, ὅτι τῶν ὑπὸ κεραυνοῦ διαφθαρέντων ἄσηπτα τὰ σώματα διαμένει. πολλοὶ γὰρ οὔτε καίουσιν, οὔτε κατορύττουσιν, ἀλλ' ἐῶσι περιφράξαντες, ὥστε ὁρᾶσθαι τοὺς ἀσήπτους ἀεί."

Inhumati etiam manebant scelerati, qui capitis erant damnati, ut Plut. Them. c. 22 demonstrat: „ἐν Μελίτῃ, οὗ νῦν τά σώματα τῶν θαπτομένων οἱ δήμιοι προβάλλουσι καὶ τὰ ἱμάτια καὶ τοὺς βρόχους τῶν ἀπαγχομένων καὶ καθαιρεθέντων ἐκφέρουσιν." et Thucyd: I. 134: καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Κεάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθασιν."

Iis imprimis sepultura interdicebatur, qui rem publicam prodidissent et communi saluti obstitissent. Quam ob causam neque Polynicem, neque Aiacem sepeliri licuit. Iis, qui vim sibi intulissent, dextra abscidebatur, cadaver autem sepeliebatur. Aesch. in Ctesiph p. 636: „καὶ ἐάν τις αὑτὸν διαχρήσηται, τὴν χεῖρα τὴν τοῦτο πράξασαν χωρὶς τοῦ σώματος θάπτομεν." Plato Leg. IX p. 873 dicit, eos, qui mortem sibi consciverint, separatim sine cippo esse sepeliendos: „τάφους δ' εἶναι τοῖς οὕτω φθαρεῖσι, πρῶτον μὲν κατὰ μόνας, μηδὲ μεθ' ἑνὸς ξυντάφου. εἶτα ἐν τοῖς τῶν δώδεκα ὁρίοισι μερῶν τῶν ὅσα ἀργὰ καὶ ἀνώνυμα, θάπτειν

ἀκλεεῖς· αὐτοὺς, μήτε στήλαις, μήτε ὀνόμασι δηλοῦντας τοὺς τάφους."

Noctu sepeliri magno dedecori fuit, quod concludo ex Eurip. Troad. 446, ubi Cassandra vaticinatur Agamemnoni:

„ἦ κακὸς κακῶς ταφήσει νυκτὸς, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ."

Singulares erant caeremoniae sepulchrorum si quis nece cecidisset. Ultionis signum hasta praeferebatur et in sepulchro per triduum custodito collocabatur, quod legimus Demosth. in Euerg. p. 1160 „πρῶτον μὲν ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ καὶ προαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι, εἴ τις προσήκων ἐστὶ τῆς ἀνθρώπου· ἔπειτα φυλάττειν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας."

Eurip. Troad. 1147.

„ἡμεῖς μὲν οὖν, ὅταν σὺ κοσμήσῃς νέκυν,
γῆν τῷδ' ἐπαμπισχόντες ἀροῦμεν δόρυ."

Si quis vitam in mari aut alio loco amisisset, ita ut cadaver inveniri non posset, funus tamen, quo parentes, propinqui et amici convenirent, dicis causa habebatur, ne officium sepulturae omitteretur. Eurip. Helen. 1241:

„Ἕλλησίν ἐστι νόμος, ὃς ἂν πόντῳ θάνῃ
κενοῖσι θάπτειν ἐν πέπλων ὑφάσμασιν."

Thucydides II. c. 34 dicit iis, quorum cadavera nondum, in loco ubi pugnatum esset, inveniri potuissent, lectum funebrem in pompa circumferri: „ἐπειδὰν δὲ ἡ ἐκφορὰ ᾖ, λάρνακας κυπαρισσίνας ἄγουσιν ἅμαξαι, φυλῆς ἑκάστης μίαν. ἔνεστι δὲ καὶ τὰ ὀστᾶ, ἧς ἕκαστος ἦν φυλῆς. μία δὲ κλίνη κενὴ φέρεται ἐστρωμένη τῶν ἀφανῶν, οἳ ἂν μὴ εὑρεθῶσιν ἐς ἀναίρεσιν."

Mortui aut sepeliebantur aut cremabantur. In sepultura

cadavera ponebantur in capulo sive ligneo (Thuc. l. l. λάρνακες κυπαρίσσιναι) sive fictili.

Humatio non uno et communi loco fiebat. E Platon. Min. p. 315 antiquo tempore locum sepulchri domum ipsam fuisse patet. Lycurgus, ut iuvenes assuefierent adspectui mortis, cadavera in urbe sepeliri et sepulchra iuxta templa esse permisit (Plut. Lyc. 27.) Cum autem mox constaret opinio, propinquitatem mortuorum locum inquinare, extra urbem Athenas omnes sepulturae fiebant, immo vero κενοτάφια militum in via ad Academiam erant.

Utrum crematio ad ipsum sepulchrum, an in loco destinato (καύστρῳ) haberetur, discerni non potest. Ossa lecta in urna seu figlina, seu aerea servabantur, quae in columbario deponebatur.

In carminibus Homericis saepius describitur funus.

Summo dolore Achilles commotus est, Patrocle mortuo. Iliad. X 386 nos iam docet Achillem funus paraturum esse, postquam Σ 354 vidimus Patroclem ab Achille et Myrmidonibus totam noctem defletum esse. Quantum vinculum pietatis existat inter amicos, patet e versibus X 386 sqq.

Postquam Hectoris corpus ante oculos parentum ignominiose raptavit, ut furori animi satisfaceret, Achilles Ψ 9 admonet:

„Πάτροκλον κλαίωμεν· ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων."

et amici cadaveri adstans manibusque in pectore eius positis dicit Ψ 19 sqq.

„χαῖρέ μοι ὦ Πάτροκλε, καὶ εἰν 'Αίδαο δόμοισιν·
πάντα γὰρ ἤδη τοι τελέω τὰ πάροιθεν ὑπέστην,
Ἕκτορα δεῦρ' ἐρύσας δώσειν κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι,

δώδεκα δὲ προπάροιθε πυρῆς ἀποδειροτομήσειν
Τρώων ἀγλαὰ τέκνα, σέθεν κταμένοιο χολωθείς."

Achilli, in Agamemnonis tentorium abducto, principes Graeci persuadere non possunt, ut Hectoris cadaver reddat priusquam Patrocles in rogo sit positus, monumentumque ei sit exstructum et Achilles crines sibi desecuerit, id quod alias in carminibus Homericis „γέρας οἶον οἰζυροῖσι βροτοῖσι" vocatur. Postquam Patroclis imago Achilli in somnis est visa, eum obsecrans, ut se quam primum sepeliat (Ψ 70 sqq.), hic spondet se omnia perfecturum esse, sicut iubeatur vs. 97. Rogo exstructo crines desectos (vs 152) in manibus amici deponit, omnium lacrimis obortis. Per totam noctem Achilles vinum pateris fundebat animamque vocabat Patroclis, vehementer ingemiscens. Rogo vino exstincto, flentes ossa legunt amici eaque involvunt tenui linteo, et circulo circumscripto, tumuloque erecto, ludi in honorem Patroclis, amico dignissimi, eduntur (250—258).

Alterum funus est Hectoris. Achilles, postquam verbis et facie Priami commotus est, tandem Hectoris cadaver solvit, maximo praemio accepto. (Ω 592 sqq). Priamus ab Achille indutias duodecim dierum petit, ut Hectori iusta solvat (Ω 663 sqq):

„ἐννῆμαρ μὲν κ' αὐτὸν ἐνὶ μεγάροις γοάοιμεν,
τῇ δεκάτῃ δέ κε θάπτοιμεν δαινῦτο τε λαός,
ἑνδεκάτῃ δέ κε τύμβον ἐπ' αὐτῷ ποιήσαιμεν,
τῇ δὲ δυωδεκάτῃ πολεμίζομεν, εἴπερ ἀνάγκη."

Cadavere in lectulo posito, lamentationum initium facit Andromache, quam sequuntur Hecuba et Helena (Ω 723 sqq); quibus finitis Troiani hortatu Priami, per novem

dies immensam ligni copiam conferunt et decimo die orto lacrimantes Hectorem efferunt, qui postquam in summo rogo depositus est, ignem accendunt. Die undecimo pyrum vino exstinguunt et lacrimas fundentes ossa legunt, quae mollibus purpureis vestibus involuta in aeream urnam condunt. Tumulum, cui custodes apponuntur, erigunt; quo facto coena lauta et opipara in Priami domo instructa epulantur (Ω 784 sqq).

Tertium funus breviter describitur Iliad H 433 sqq.

„ἦμος δ' οὔτ' ἄρ πω ἠώς, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νύξ,
τῆμος ἄρ' ἀμφὶ πυρὴν κριτὸς ἤγρετο λαὸς 'Αχαιῶν.
τύμβον δ' ἀμφ' αὐτὴν ἕνα ποίεον ἐξαγαγόντες
ἄκριτον ἐκ πεδίου, ποτὶ δ' αὐτὸν τεῖχος ἔδειμαν
πύργους θ' ὑψηλούς, εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν.
ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ἐνεποίεον εὖ ἀραρυίας,
ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη.
ἔκτοσθεν δὲ βαθεῖαν ἐπ' αὐτῷ τάφρον ὄρυξαν,
εὐρεῖαν μεγάλην, ἐν δὲ σκόλοπας κατέπηξαν."

Illae epulae funebres, de quibus supra diximus, etiam postea fiebant, ut patet e Lucian. de luctu § 24: „ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὸ περίδειπνον, καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες καὶ τοὺς γονέας παραμυθοῦνται τοῦ τετελευτηκότος, καὶ πείθουσι γεύσασθαι οὐκ ἀηδῶς, μὰ Δί', οὐδ' αὐτοὺς ἀναγκαζομένους, ἀλλ' ἤδη ὑπὸ λιμοῦ τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἀπηυδηκότας." Cic. leg. II 25: „Sequebantur epulae, quas inibant parentes coronati, apud quas de mortui laude, cum quid veri erat, praedictum; nam mentiri nefas habebatur."

Istae epulae sine dubio in domo propinquorum habebantur, quam ob rem, cum Demosthenes post pugnam apud

Chaeroneam eligeretur, qui orationem funebrem haberet, parentes et fratres mortuorum ad hunc epulandi causa se contulerunt.

Dem. de corona p. 321: „ἀλλὰ δέον ποιεῖν τὸ περίδειπνον ὡς παρ' οἰκειοτάτῳ τῶν τετελευτηκότων, ὥσπερ τἆλλ' εἴωθε γίγνεσθαι, τοῦτ' ἐποίησαν παρ' ἐμοί."

Tum tertio, nono et tricesimo die post mortem sacrificia solemnia mortuo dabantur (τρίτα, ἔνατα, τριακάδες). Sepulchra ab affinibus diligenter colebantur et sanctissima esse ducebantur, quare Lycurg. in Leocr. p. 141 iure rogat: „τί γὰρ χρὴ παθεῖν τὸν ἐκλιπόντα μὲν τὴν πατρίδα, μὴ βοηθήσαντα δὲ τοῖς πατρῴοις ἱεροῖς, ἐγκαταλιπόντα δὲ τὰς τῶν προγόνων θήκας;

Quod etiam testatur Xenoph. Memor. II 2, 13: „καὶ, νὴ Δία, ἐάν τις τῶν γονέων τελευτησάντων τοὺς τάφους μὴ κοσμῇ, καὶ τοῦτο ἐξετάζει ἡ πόλις ἐν ταῖς τῶν ἀρχόντων δοκιμασίαις." Ipsa verba, quibus interrogari solebant archontes designati, affert Aristoteles in libro de Atheniensium Rep. nuper reperto c. 55: πρῶτον μὲν κτέ., εἶτα ἠρία εἰ ἔστιν καί ποῦ ταῦτα. — Vocem ἠρία adhibuit etiam Demosth. LVII § 67, Dinarcho e coniectura reddita est II § 17 (pro ἱερὰ).

Adde Aeschyl. Pers. 408:

„ὦ παῖδες Ἑλλήνων, ἴτε
ἐλευθεροῦτε πατρίδ', ἐλευθεροῦτε δὲ
παῖδας, γυναῖκας, θεῶν τε πατρῴων ἕδη,
θήκας τε προγόνων· νῦν ὑπὲρ πάντων ἀγών."

CAPUT I.

Vidimus, quanto honore mortui afficerentur; nunc est videndum, quo modo patria eos, qui in bello occubuissent, sepeliret et oratione funebri prosequeretur. Hic mos apud Thucydidem II. 34 describitur hisce verbis: „τὰ μὲν ὀστᾶ προτίθενται τῶν ἀπογενομένων πρότριτα σκηνὴν ποιήσαντες, καὶ ἐπιφέρει τῷ αὑτοῦ ἕκαστος ἐάν τι βούληται· ἐπειδὰν δ' ἡ ἐκφορὰ ᾖ λάρνακας κυπαρισσίνας ἄγουσιν ἅμαξαι φυλῆς ἑκάστης μίαν· ἔνεστι δὲ τὰ ὀστᾶ ἧς ἕκαστος ἦν φυλῆς. μία δὲ κλίνη κενὴ φέρεται ἐστρωμένη τῶν ἀφανῶν, [οἳ ἂν μὴ εὑρεθῶσιν ἐς ἀναίρεσιν]. ξυνεκφέρει δ' ὁ βουλόμενος καὶ ἀστῶν καὶ ξένων, καὶ γυναῖκες πάρεισιν αἱ προσήκουσαι ἐπὶ τὸν τάφον ὀλοφυρόμεναι. τιθέασιν οὖν ἐς τὸ δημόσιον σῆμα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ καλλίστου προαστείου τῆς πόλεως, καὶ ἀεὶ ἐν αὐτῷ θάπτουσι τοὺς ἐκ τῶν πολέμων πλήν γε τοὺς [ἐν] Μαραθῶνι· ἐκείνων δὲ διαπρεπῆ τὴν ἀρετὴν κρίναντες αὐτοῦ καὶ τὸν τάφον ἐποίησαν. ἐπειδὰν δὲ κρύψωσι γῇ, ἀνὴρ ᾑρημένος ὑπὸ τῆς πόλεως, ὃς ἂν γνώμῃ τε δοκῇ μὴ ἀξύνετος εἶναι καὶ ἀξιώματι προήκῃ, λέγει ἐπ' αὐτοῖς ἔπαινον τὸν πρέποντα. μετὰ δὲ τοῦτο ἀπέρχονται. ὧδε μὲν θάπτουσι· καὶ διὰ παντὸς τοῦ πολέμου, ὁπότε ξυμβαίη αὐτοῖς, ἐχρῶντο τῷ νόμῳ."

Anaximenes Plut. Vit. Poplic. c. 9 de Solone, quasi auctore huius moris mentionem facit: „*καὶ λόγον ἐπ' αὐτῷ* (Bruto) *διεξῆλθεν* (Poplicola) *ἐπιτάφιον, ὃς οὕτως ὑπὸ Ῥωμαίων ἠγαπήθη καὶ τοσαύτην ἔσχε χάριν, ὥστε πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ μεγάλοις ὑπάρχειν ἐξ ἐκείνου τελευτήσασιν ὑπὸ τῶν ἀρίστων ἐγκωμιάζεσθαι. λέγεται δὲ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιταφίων ἐκεῖνος γενέσθαι πρεσβύτερος, εἴγε μὴ καὶ τοῦτο Σόλωνός ἐστιν, ὡς Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ ἱστόρηκεν.*"

Nisi omnia me fallunt, etiam Diog. Laert. I. 2. 55 Solonem auctorem huius moris esse vult.

Pausan. I. 29. 4 refert in Ceramico sepulchra omnium Atheniensium esse, qui proeliis navalibus et terrestribus occiderint, iis tamen exceptis, qui apud Marathonem pugnaverint; ibid. 7: „*καὶ Ἀθηναίων δ' ἐστι τάφος, οἳ πρὶν ἢ στρατεῦσαι τὸν Μῆδον ἐπολέμησαν πρὸς Αἰγινήτας,*" id est igitur a. 491, quae antiquissima sepultura publice habita est.

Quae autem Plat. Menex. p. 242 dicit: „*οἱ δ' ἡμέτεροι τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐν Οἰνοφύτοις* (a. 456) *νικήσαντες τοὺς ἀδίκως φεύγοντας δικαίως κατήγαγον· οὗτοι δὴ πρῶτοι μετὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον, Ἕλλησιν ἤδη ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας βοηθοῦντες πρὸς Ἕλληνας, ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι, καὶ ἐλευθερώσαντες οἷς ἐβοήθουν, ἐν τῷδε τῷ μνήματι τιμηθέντες ὑπὸ τῆς πόλεως πρῶτοι ἐτέθησαν,*" haec verba mihi a Thucydide (*καὶ ἀεὶ ἐν αὐτῷ θάπτουσι τοὺς ἐκ τῶν πολέμων, πλήν γε τοὺς Μαραθῶνι*) et a Pausania (I. 29. 14 „*κεῖνται δὲ καὶ οἱ σὺν Κίμωνι τὸ μέγα ἔργον πεζῇ καὶ ναυσὶν αὐθημερὸν κρατήσαντες*" a. 469) redargui videntur.

Quando mos sit institutus, ut illi, qui pro patria mortem subiissent, post sepulturam publice laudarentur, accurate

statui non potest. Legimus apud Thuc. II. 35: „*οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε εἰρηκότων ἤδη ἐπαινοῦσι τὸν προσθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον τόνδε, ὡς καλὸν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις ἀγορεύεσθαι αὐτόν.*"

Dion. Hal. Antiq. Rom. V. 17: „*ὀψὲ γάρ ποτ' Ἀθηναῖοι προσέθεσαν τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον τῷ νόμῳ, εἴτ' ἀπὸ τῶν ἐν Ἀρτεμισίῳ καὶ περὶ Σαλαμῖνα καὶ ἐν Πλαταιαῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανόντων ἀρξάμενοι, εἴτ' ἀπὸ τῶν περὶ Μαραθῶνα ἔργων.*"

Diod. Sic. XI. 33: „*ὁμοίως δὲ καὶ ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος ἐκόσμησε τοὺς τάφους τῶν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ τελευτησάντων, καὶ τὸν ἀγῶνα. τὸν ἐπιτάφιον τότε πρῶτον ἐποίησε, καὶ νόμον ἔθηκε λέγειν ἐγκώμιον τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις τοὺς προαιρεθέντας τῶν ῥητόρων.*"

Non melius Plut. Vit. Aristid. 21, nos edocet, utrum post pugnam Plataeensem oratio funebris habita sit, necne. Supra iam vidimus Romanos a Plutarcho auctores huius moris nominari, haesitanter tamen et dubitanter, nam „fortasse Solonis fuit, Anaximene rhetore auctore."

Ad Thuc. II 35: „*οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε ἤδη εἰρηκότων ἐπαινοῦσι τὸν προσθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον*" haec in scholio legimus: „*τὸν νομοθέτην δηλονότι τὸν Σόλωνα*". Quo loco scholiastes duas res confundit, nempe publicam sepulturam et orationes funebres, quae longo tempore post sunt additae, ut e Dion. Hal. Antiq. Rom. V. 17 patet. Etiam fieri potest, ut scholiastes, quemadmodum Anaximenes rhetor et Plutarchus (Poplic. 9), aut Soloni legem tribuerit, cuius auctorem nesciret, aut ipso Anaximene fonte usus sit.

In „lectionibus Lysiacis" (c. III. p. 236) Taylor tempus, quo publica in bello caesorum laudatio instituta sit, credit

esse initium reipublicae Atheniensium. C. F. Weber, „Ueber die Standrede des Pericles bei Thucydides" (Progr. Darmstadt 1827) Cimonem rei auctorem fuisse putat.

Westermann vero „Comment. de publicis Atheniensium honoribus ac praemiis" (Lipsiae 1830 p. 60) et „de Epitaphio et Erotico Demosthenis" (Quaest. Demosth. part. II. p. 24) ab Aristide originem orationis funebris repetit, quae probabilis mihi videtur opinio. Nam ex Plut. Vit. Aristid. 21 patet, quotannis caeremoniam in honorem defunctorum fuisse post pugnam Plataeensem, Aristide auctore; si autem conferimus Diod. Sicul. XI. 33, ubi legitur ab oratoribus publice creatis laudationem sepultorum habitam esse, non sine veritatis specie Aristides auctor a Westermannio ducitur.

Valde miror nomina oratorum, qui ante Periclem publice electi sunt ad verba facienda, periisse cuncta. In Plut. Vit. Pericl. c. 8 citatur locus Stesimbroti narrantis Periclem laudationem habuisse in honorem eorum, qui bello Samico (a. 440) periissent eosque immortales sicut deos nominasse. Eiusdem rei mentio inicitur c. 28, ubi legimus Periclem tam eleganter et tam ornate verba fecisse, ut descendentis a suggestu manus prensarent feminae et coronis vittisque eum ornarent ut athletam victorem

Orationem alteram Periclis, quam habuit primo anno belli Peloponnesiaci, nobis servavit Thucydides II, c. 35 sqq. Praeterea supersunt fragmentum Gorgiae Leontini orationis funebris et integrae orationes Lysiae, Platonis (in Menexeno), Demosthenis (orat. 60), Hyperidis

Orationes funebres sunt e genere panegyrico.

Dion. Hal. Art. rhet. c. 6, qualis oratio funebris esse debeat, nos docet. In tres partes eam dividit Oportet oratorem primo eos, qui in proelio pro patria mortem subierint, simulque patriam ipsam laudibus celebrare (*ἔπαινος*), deinde mortuos deflere et lugere (*θρῆνος*), denique propinquos et affines defunctorum consolari, superstitibus animos firmare et eosdem hortari, ut caesos aemulentur (*παραμυθία*). Dionysio autem auctore sunt deinceps laudanda: „*πατρίς, γένος, φύσις, ἀγωγή, πρᾶξις.*"

Methodus igitur quaedam in consolatione esse debet, ut monet Dion. c. 4: „*δεῖ δ' εἰδέναι καὶ τὴν μέθοδον τοῦ παραμυθητικοῦ. οὐ γὰρ θρηνεῖν, οὐκ ἀπολοφύρεσθαι τοὺς ἀποθανόντας*" *κ. τ. ἑ.*

Duo autem orationum funebrium genera sunt discernenda. Aut enim statim post proelium factum habebantur ab oratore publice electo, aut interlapso aliquo temporis spatio in solemni conventu animos recreandi et oblectandi causa („*εἰς τέρψιν καὶ ψυχαγωγίαν τῶν παρόντων*" Dion. Art. rhet. c. 1) recitabantur.

Oratores publice electos esse patet ex Thuc. II. 34: „*ἀνὴρ ᾑρημένος ὑπὸ τῆς πόλεως.*" Plat. Menex. 234 B. „*ἡ βουλὴ μέλλει αἱρεῖσθαι ὅστις ἐρεῖ.*" ibid. 235 C. „*Ἀθηναῖοι μέλλοιεν αἱρεῖσθαι τὸν ἐροῦντα.*" Demosth. epit. § 2 „*πόλις αἱρεῖται τὸν ἐροῦντα.*"

Rebus autem a maioribus praeclare gestis auditores magnopere moveri, constat: quam ob rem orator has res gestas ita ordinat, ita disponit ut ad propositum conducant. Non, ut in iudiciis seu privatis seu publicis, causa ei est probanda apud iudices, sed id agit, ut lectissimorum verborum lenociniis multitudinem a rebus et curis quoti-

dianis avocet, afflictos erigat, moestos consoletur, ignavos et desides exemplis maiorum adhibitis impellat ut eorum virtutem aemulentur. Quaecumque igitur patriam, victoriam, laudem augere possunt, ei inserviunt, quam ob rem non est mirandum, quod interdum res in maius auget et nonnumquam profert quae a veritate abhorrent.

Archonti polemarcho curae erant caeremoniae sepulchrales, et non sine veritatis specie statueris ipsum in illo solemni conventu orationem sive novam, sive iam antea habitam recitavisse, aut ab alio viro recitandam curavisse.

Aristoteles in Rep. Athen. c. 58: *ὁ δὲ πολέμαρχος ποιεῖται θυσίας τήν τε τῇ Ἀρτέμιδι τῇ ἀγροτέρᾳ καὶ τῷ Ενυαλίῳ, διατίθησι δ' ἀγῶνα τὸν ἐπιτάφιον τοῖς τετελευτηκόσιν ἐν τῷ πολέμῳ*, etc.

Hinc Pollux. VIII. 91: „*ὁ δὲ πολέμαρχος θύει μὲν Ἀρτέμιδι ἀγροτέρᾳ καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ, διατίθησι δὲ τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων.*

Philostr. Vit. Soph. II 34: „*τίθησι τὸν ἀγῶνα ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις ὁ πολέμαρχος.*"

Fieri autem non poterat quin solemnes illae orationes inter se admodum similes evaderent; in eodem enim argumento versabantur omnes, neque oratoribus multum variandi spatium patebat. Si quid igitur probatum esset, id alius ex alio depromere solebat. Mihi propositum est deinceps Gorgiam et fragmenta orationis funebris ab eo compositae, quae exstant, Thucydidis, Lysiae cum Isocratis panegyrico, Platonis, Demosthenis et Hyperidis orationes funebres tractare.

CAPUT II.

Gorgias.

Ante bella cum Persis gesta ars dicendi Athenis florere non potuit. Bello exorto Themistocles maximus orator exstitit Thuc I. 138. 3 „*ἦν γὰρ ὁ Θεμιστοκλῆς τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων καὶ τῶν μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής· καὶ ἃ μετὰ χεῖρας ἔχοι καὶ ἐξηγήσεσθαι, οἷός τε κ. τ. ἑ.*" Herod. VIII. 83: „*προηγόρευε εὖ ἔχοντα μὲν ἐκ πάντων Θεμιστοκλέης, τὰ δὲ ἔπεα ἦν πάντα <τὰ> κρέσσω τοῖσι ἕσσοσι ἀντιτιθέμενα.*"

Cic. de Orat. III. § 59: „Sed quod erant quidam, iique multi, qui aut in re publica propter ancipitem, quae non potest esse seiuncta, faciendi dicendique sapientiam florerent ut Themistocles."

Lys Epitaph. 42: „*Θεμιστοκλέα, ἱκανώτατον εἰπεῖν καὶ γνῶναι καὶ πρᾶξαι.*"

Ex eo tempore nonnulli summa ope atque opera enitebantur ut sapientiam assequerentur eamque verbis et scriptis divulgarent, eo modo, ut ii, qui genere vel ingenio vel divitiis se vulgo praestare arbitrarentur, novae

arti incumberent. Mox autem et magistri et discipuli non doctrinam ipsam sed usum vitae quotidianae spectabant, quo factum est ut neque verecundia erga deos, neque ius humanum et divinum, neque modestia iis amplius cordi essent, sed speciem modo non verum prae se ferrent. Speciosis verbis, quibus intimam sententiam occulere possent, utebantur, id praecipue agentes ut in iudiciis adversarios accusarent, a se ipsis culpam averterent.

Protagoras, si artem dialecticam recte adhibeas, de omnibus rebus disputari posse contendebat, neque veram scientiam requiri. Cfr. Plat. Soph. p. 232. Scripta eius (τέχνη ἐριστικῶν, καταβάλλοντες (λόγοι), 'Αλήθεια), quo modo inferior ratio superiorem vincere posset, docebant (τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν), unde maximum odium sibi contraxit. Cfr. Aristoph. Nub. vs. 115.

Primo orationes ex tempore habebantur; postea, quae domi excogitata erant, paucis verbis notabantur, quo memoriae subveniretur, tum de diversis rebus, quas tractare solebant, elaborabantur declamatiunculae, et tales loci communes pro tempore orationibus inserebantur; tandem mos invaluit, ut totae orationes scripto mandarentur et de scripto recitarentur. Quo more ad orationes funebres translato, iisdem excogitationibus acceptis, maxima similitudo inter se oriebatur.

Protagorae aequalis fuit Gorgias. Hunc Leontinis natum esse omnes consentiunt, sed de anno natali discrepant.

Plin. Hist. nat. XXXIII. 4. 83: „Hominum primus et auream statuam et solidam LXX circiter Olympiade Gorgias Leontinus Delphis in templo posuit sibi; tantus erat docendae artis quaestus." Suidas s. v. „Gorgias" habet: „Πορφύριος

δ' αὐτὸν ἐπὶ τῆς π' ὀλυμπιάδος (460) τίθησιν· ἀλλὰ χρὴ νοεῖν πρεσβύτερον αὐτὸν εἶναι." Philostrato auctore vit. Soph. Athenas venit Gorgias „ἤδη γηράσκων." Apollod. apud Diog. Laert. VIII. 58. et Quint. III. 1. 9. eum 109 annos vixisse memorant. Plin. Hist. nat. VII. 48. 156, Lucian. Macrob. c. 23, Philostr. Vit. Soph. 494, Val Max. VIII. 13. eius aetatem per 108 annos statuunt. Cic. Cato 5. 13. 107, Pausan. VI. 17. 105 annos ei tribuunt Quint. III, 1. 9: „Is beneficio longissimae aetatis (nam centum et novem vixit annos) cum multis simul floruit et ultra Socratem usque duravit." Foss: „de Gorgia Leontino" (Halle 1828) pag. 6—12 statuit 496—388. Frei: Beiträge zur Gesch der Griech. Sophistik. Rhein. Mus. VII. 527 sqq. vult 483—375 At si statuimus Gorgiam natum esse anno 496. Athenas septuagesimo fere aetatis anno venerit, quod non congruit cum Plat. Gorg. p. 461 D, ubi Socrates de Gorgia loquitur veluti de suo aequali, quam ob rem probabilis magis videtur opinio Freii, qui vitae fines ponit a. 483—375. Huic convenit, quod Antiphon, qui natus est anno 480, paulo minor natus quam Gorgias appellatur apud Plutarchum in Vita. p. 832 E.

Quidquid id est, constat Gorgiam anno 427 legatum Athenas missum esse. Cfr. Diodor. XII. 53, Thucyd. III. 86, Platon. Hipp mai. 282, Dionys. iud. Lys. c. 3. Non multo autem post hanc legationem iterum in Graeciam se contulit et urbes peragravit, ubi sophistes docuit magnumque quaestum sibi fecit. Diod. XII. 53. et Suidas. s. v. Gorgias, minerval eius 100 minas fuisse memorant. Non tamen magnas divitias inde sibi comparavit, si credendum est Isocrati, περὶ ἀντιδ. 155. affirmanti: „ὁ πλεῖστα κτησάμενος,

ὧν ἡμεῖς μνημονεύομεν, Γ. ὁ Λεοντῖνος. οὗτος διατρίψας μὲν περὶ Θετταλίαν — πλεῖστον δὲ χρόνον βιοὺς καὶ περὶ τὸν χρηματισμὸν τοῦτον γενόμενος — ἔτι δὲ πρὸς τούτοις οὔτε γυναῖκα γήμας οὔτε παῖδας ποιησάμενος — χιλίους μόνον στατῆρας (= 200 minas) κατέλιπεν." Multum autem pecuniae vestitui impendit et sicut Empedocles purpuratus prodire solebat (Aelian. Var. Hist. XII. 32).

Fuit Empedoclis, ut traditur, discipulus, (Quintil. III. 1. 8.) quod verisimile est, cum et Empedocles, ut plurimi sophistae, varias regiones peragraverit. Diog. Laert. VIII. 58. de Emped. „Φησὶ δὲ Σάτυρος ἐν τοῖς βίοις, ὅτι καὶ ἰατρὸς ἦν καὶ ῥήτωρ ἄριστος. Γοργίαν γοῦν τὸν Λεοντῖνον αὐτοῦ γενέσθαι μαθητήν."

In opere suo: „περὶ τοῦ μὴ ὄντος ἢ περὶ Φύσεως" omnem rerum inquisitionem earumque doctrinam plane sustulit, Parmenide auctore. Plat. Gorg. 449 A. ipse orator vult nominari et sicut Tisias artem oratoriam omnibus aliis praeposuit. Cfr. Plat. Gorg. 456. sqq: „Si cui urbi medicus eligendus est, orator tamen, quamvis prorsus artis medicae ignarus, facilitate dicendi verum medicum vincet." Ne autem ea arte abutendum sit, Gorgias admonet: „non eum, qui artem ad bonum usum tradiderit, odio esse oportet, sed qui ea male utatur."

Gorgiae methodum docendi Aristot. Soph. El. c. 34. ita describit: „τῶν περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους μισθαρνούντων ὁμοία τις ἦν παίδευσις τῇ Γοργίου πραγματείᾳ· λόγους γὰρ οἱ μὲν ῥητορικούς, οἱ δ' ἐρωτητικοὺς ἐδίδοσαν ἐκμανθάνειν, εἰς οὓς πλειστάκις ἐμπίπτειν ᾤήθησαν ἑκάτεροι τοὺς ἀλλήλων λόγους". i. e. Gorgiae tractandi institutio eorum erat similis, qui ex litigiosis disputationibus quaestum faciebant, quorum alii orationes rhetoricas, alii ad interrogandum comparatas tradebant ediscendas.

Cic. Brut. § 46: „Scriptas fuisse et paratas a Protagora rerum illustrium disputationes, quae nunc communes appellantur loci; quod idem fecisse Gorgiam, cum singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisset, quod indicaret hoc oratoris esse maxime proprium, rem augere posse laudando, vituperando rursus affligere." Non igitur disputationes, neque prooemia et epilogos, quae causarum patrono prosunt, Gorgias scripsit, sed locos communes, quibus magna parva, antiqua nova facere posset (Cfr. Plat. Phaedr. 267 A.), discipulis tradidit, ita autem, ut hos locos promptos atque paratos haberent, non ipsis excogitandi labor imponeretur.

Pulchra orationis forma, cui Gorgias summam operam dedit, effecit ut auditores magnopere moverentur. „Quoniam poetae, licet plerumque insana proferant, tamen propter elocutionem gloriam suam acquisivisse videbantur, ideo factum est, ut elocutio poetica primo probaretur, qualis est Gorgiae". Cfr. Aristot. Rhet. III. 1. Quam ob rem Gorgias, cum orationi solutae eandem venustatem tribuere conaretur ac poesi, verba poetica primus inseruit et pro metro poeticas verborum figuras introduxit. Cic. Orator. § 175: „paria paribus adiuncta (πάρισα) et similiter definita (παρόμοια) itemque contrariis relata contraria (ἀντίθετα) Gorgias primus invenit, sed iis usus est intemperantius." Quae „πάρισα, παρόμοια, ἀντίθετα" a Dionysio de Dem. 5. 25: „Γοργίεια σχήματα" appellantur.

Dionys. Lys 3: „ἥψατο δὲ καὶ τῶν 'Αθηναίων ῥητόρων

ἡ ποιητική τε καὶ τροπικὴ φράσις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι, Γοργίου ἄρξαντος, ἡνίκα Ἀθήναζε πρεσβεύων κατεπλήξατο τοὺς ἀκούοντας ἐν τῇ δημηγορίᾳ."

Dionysius prolatas excogitationes forma inferiores esse iudicat, nam Gorgias, ut forma sit elegantissima, non ut sententia, maxime elaborat. Non igitur est mirandum quod fere omnia eius opera perierunt; duae tamen declamatiunculae aetatem tulerunt, „Helena" et „Palamedes", de quibus hic disserere nihil attinet, et praeterea fragmenta quaedam nobis innotuerunt ex oratione illa funebri, quae nobis causa exstitit, ut de Gorgia nonnulla hic observaremus. Illa fragmenta mox afferam. Memoratu autem dignum est, Gorgiam primum in scriptis usum esse Attica dialecto, quam sine dubio adhibuit etiam in oratione, quam legatus anno 427 habuit.

Cum causa non sit, cur Gorgiam ante annum 427 Athenis fuisse credamus, oratio funebris post hunc annum habita est, si tamen umquam est habita, nam scripta esse mihi videtur, ut in hoc genere scribendi se exerceret sophistes, vel ut ostenderet se etiam eiusmodi orationes componere posse. Fragmentum autem huius orationis satis amplum exstat apud Maxim. Planud. Schol. ad Hermogenem p. 412. Foss. de Gorg. Leont. Comm. Hallae 1828; praeterea Philost. Vit. Soph. p. 493 et 494 huius orationis mentionem facit et aliquot sententias inde affert. Non alienum esse putavi Maxim. Planud. fragmentum citare.

„*Τί γὰρ ἀπῆν τοῖς ἀνδράσι τούτοις, ὧν δεῖ ἀνδράσι προσεῖναι; τί δὲ καὶ προσῆν, ὧν οὐ δεῖ προσεῖναι;*

εἰπεῖν δυναίμην ἃ βούλομαι,
βουλοίμην δ' ἃ δεῖ,
λαθὼν μὲν τὴν θείαν νέμεσιν,
φυγὼν δὲ τὸν ἀνθρώπινον φθόνον.
Οὗτοι γὰρ ἐκέκτηντο ἔνθεον μὲν τὴν ἀρετήν,
ἀνθρώπινον δὲ τὸ θνητόν,
πολλὰ μὲν δὴ τὸ παρὸν ἐπιεικὲς τοῦ αὐθάδους δικαίου προκρίνοντες,
πολλὰ δὲ νόμου ἀκριβείας λόγων ὀρθότητα,
τοῦτο νομίζοντες θειότατον καὶ κοινότατον νόμον,
τὸ δέον ἐν τῷ δέοντι καὶ λέγειν καὶ σιγᾶν καὶ ποιεῖν,
καὶ δισσὰ ἀσκήσαντες μάλιστα ὧν δεῖ,
γνώμην τὴν μὲν βουλεύοντες, τὴν δ' ἀποτελοῦντες,
θεράποντες μὲν τῶν ἀδίκως δυστυχούντων,
κολασταὶ δὲ τῶν ἀδίκως εὐτυχούντων,
αὐθάδεις πρὸς τὸ συμφέρον,
εὐόργητοι πρὸς τὸ πρέπον,
τῷ φρονίμῳ τῆς γνώμης παύοντες τὸ ἄφρον,
ὑβρισταὶ εἰς τοὺς ὑβριστάς,
κόσμιοι εἰς τοὺς κοσμίους,
ἄφοβοι εἰς τοὺς ἀφόβους,
δεινοὶ ἐν τοῖς δεινοῖς.
Μαρτυρίας δὲ τούτων τρόπαια ἐστήσαντο τῶν πολεμίων,
Διὸς μὲν ἀγάλματα
τούτων δ' ἀναθήματα,
οὐκ ἄπειροι οὔτε ἐμφύτου Ἄρεος
οὔτε νομίμων ἐρώτων,
οὔτε ἐνοπλίου ἔριδος
οὔτε φιλοκάλου εἰρήνης,
σεμνοὶ μὲν πρὸς τοὺς θεοὺς τῷ δικαίῳ,
ὅσιοι δὲ πρὸς τοὺς τοκέας τῇ θεραπείᾳ,

δίκαιοι πρὸς τοὺς ἀστοὺς τῷ ἴσῳ,

εὐσεβεῖς δὲ πρὸς τοὺς φίλους τῇ πίστει.

Τοιγαροῦν αὐτῶν ἀποθανόντων ὁ πόθος οὐ συναπέθανεν,

ἀλλ' ἀθάνατος οὐκ ἐν ἀθανάτοις σώμασι ζῇ οὐ ζώντων."

Supra observavimus Gorgiam pro metro verborum figuras introduxisse et quae sint „πάρισα, παρόμοια, ἀντίθετα" vidimus. Inspiciamus igitur fragmentum, ut animadvertamus, quo modo Gorgias iis figuris usus sit.

„Τί γὰρ ἀπῆν τοῖς ἀνδράσι τούτοις, ὧν δεῖ ἀνδράσι προσεῖναι";
In hac sententia ἀπῆν — et προσεῖναι, ἀντίθεσιν (oppositionem) et παρονομασίαν (agnominationem) efficiunt, dum bis forma „ἀνδράσι" repetitur.

„Τί δὲ καὶ προσὴν, ὧν οὐ δεῖ προσεῖναι;"

Est nova ἀντίθεσις et lusus in eodem verbo, et praeterea oppositae sibi sunt hae duae sententiae, in quibus ἀπῆν — προσῆν et δεῖ — οὐ δεῖ sibi respondent.

„Εἰπεῖν δυναίμην ἃ βούλομαι, βουλοίμην δ' ἃ δεῖ.", ubi ludit Gorgias in verbo βούλεσθαι.

„Λαθὼν μὲν τὴν θείαν νέμεσιν, φυγὼν δὲ τὸν ἀνθρώπινον φθόνον", est πάρισον, in quo singula verba accurate opponuntur.

„Οὗτοι γὰρ ἐκέκτηντο | ἔνθεον μὲν τὴν ἀρετὴν, ἀνθρώπινον δὲ τὸ θνητόν." Est ἀντίθεσις et πάρισον.

„Πολλὰ μὲν δὴ τὸ πρᾷον (sic legendum pro παρὸν) ἐπιεικὲς | τοῦ αὐθάδους δικαίου προκρίνοντες" et

„πολλὰ δὲ νόμου ἀκριβείας | λόγων ὀρθότητα"

ἀντιθεσιν et πάρισον faciunt, ad quae anaphora adiectivi „πολλὰ" accedit. Praeterea animadvertatur genus loquendi periphrasticum bis adhibitum in: „νόμου ἀκριβείας" pro νόμου ἀκριβοῦς, itemque in „λόγων ὀρθότητα" pro λόγους ὀρθούς. Thucydides, qui fortasse hac in re imitatus est

Gorgiam, saepius adiectivi neutro pro substantivo utitur; id quod etiam in fragmenti nostri verbis „τὸ πρᾷον [παρὸν] ἐπιεικές, τὸ αὔθαδες δίκαιον, τῷ φρονίμῳ τῆς γνώμης" usu venire videmus.

Verba poetica „δισσὰ" pro δύο, et „τοκῆς" pro γονῆς etiam aliis locis inveniuntur. Hel. 10. Pal. 2. 5. 19 (δισσοί). Pal. 3. 36 (τοκῆς). Substantiva verbalia: θεράποντες μὲν τῶν ἀδίκως δυστυχούντων, κολασταὶ δὲ τῶν ἀδίκως εὐτυχούντων posita sunt pro participiis, θεραπεύοντες et κολάζοντες, quorum prius non significat „servientes" sed „medentes, adiuvantes."

Manifesta praeterea est παρονομασία in verbis: ὑβρισταὶ εἰς τοὺς ὑβριστάς, κόσμιοι εἰς τοὺς κοσμίους, ἄφοβοι εἰς τοὺς ἀφόβους, δεινοὶ ἐν τοῖς δεινοῖς.

Adiectivis poeticis „ἔμφυτος, ἐνόπλος, φιλόκαλος" usus est Gorgias, sicut verbis „ὁ πόθος οὐ συναπέθανε, ἀλλὰ.... ζῇ."

Philostr. Vit. Soph. p. 493, 494 habet: „ὁ δ' ἐπιτάφιος, ὃν διῆλθεν Ἀθήνησιν, εἴρηται μὲν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων [πεσοῦσιν], οὓς Ἀθηναῖοι δημοσίᾳ ξὺν ἐπαίνοις ἔθαψαν, σοφίᾳ δὲ ὑπερβαλλούσῃ ξύγκειται, παροξύνων τε γὰρ τοὺς Ἀθηναίους ἐπὶ Μήδους τε καὶ Πέρσας καὶ τὸν αὐτὸν νοῦν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὁμονοίας μὲν τῆς πρὸς τοὺς Ἕλληνας οὐδὲν διῆλθεν, ἐπειδὴ πρὸς Ἀθηναίους ἦν ἀρχῆς ἐρῶντας, ἣν οὐκ ἦν κτήσασθαι μὴ τὸ δραστήριον αἱρουμένους, ἐνδιέτριψε δὲ τοῖς τῶν Μηδικῶν τροπαίων ἐπαίνοις, ἐνδεικνύμενος αὐτοῖς, ὅτι τὰ μὲν κατὰ τῶν βαρβάρων τρόπαια ὕμνους ἀπαιτεῖ, τὰ δὲ κατὰ τῶν Ἑλλήνων θρήνους."

Demetrius περὶ ἑρμηνείας. c. 12. Gorgiam laudibus effert his verbis:

„ἡ κατὰ περιόδους (ἑρμηνεία) ἔχουσα, ὡς ἡ τῶν Ἰσοκρα-

τείων ῥητῶν καὶ Γοργίου καὶ ’Αλκιδάμαντος· ὅλαι γὰρ διὰ περιόδων εἰσὶ συνεχῶν οὐδὲν τι ἔλαττον, ἢ ἡ ‘Ομήρου ποίησις δι’ ἑξαμέτρων." Sed quantum ex reliquiis hodie superstitibus iudicare possumus ei non assentiendum videtur. Poetice Gorgias scripsit; et Isocrates et Pseudo-Lysias eum sunt imitati in panegyrico et oratione funebri. Nonnumquam congeries et coacervatio sententiarum accuratissime ad amussim iunctarum et inter se cohaerentium auctores obstupefacere possunt, ita ut mentis acies verborum tinnitu obtundatur, sed is, cui placida mens est, non admiratione corripitur, multo magis autem ab inani verborum strepitu abhorret

Gorgias, qui non civis Atheniensis fuit, non patriae amore commotus est, quo oratio melle dulcior fluere potuisset, sed nisi omnia me fallunt, orationem ostentationis causa scriptam in amicorum coetu, qua gloriam assequeretur, recitavit.

CAPUT III.

Thucydides.

Cum sciamus Thucydidem puerum et iuvenem vixisse Athenis, quo tempore sculptura et architectura ceteraeque artes liberales florebant ibi et vigebant, vidisse eum Aeschylum, vivente eo Sophoclem et Euripidem ad summum gradum gloriae adscendisse, Phidiam eiusque discipulos immortalibus operibus omnium oculos ad se convertisse, non miramur, quod amore et admiratione talis rei publicae status correptus sit, quem arte egregia in Periclis oratione funebri descripsit.

Dionysius Halicarnassensis „Iudic. de Thuc. hist" c. 18 affirmat omnem orationem fictam esse, quod ei concedere nolim. Thucydides enim ipse, (Lib. I. 22.) hoc refellit, commemorans difficile esse narratu, quae quisque verbatim dixerit, at tamen se operam dedisse ut quam accuratissime sententiam referret:

„καὶ ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον ἕκαστοι ἢ μέλλοντες πολεμήσειν ἢ ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες, χαλεπὸν τὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν τῶν λεχθέντων διαμνημονεῦσαι ἦν ἐμοί τε ὧν αὐτὸς ἤκουσα καὶ

τοῖς ἄλλοθέν ποθεν ἐμοὶ ἀπαγγέλλουσιν· ὡς δ' ἂν ἐδόκουν ἐμοὶ ἕκαστοι περὶ τῶν ἀεὶ παρόντων τὰ δέοντα μάλιστ' εἰπεῖν, ἐχομένῳ ὅτι ἐγγύτατα τῆς ξυμπάσης γνώμης τῶν ἀληθῶς λεχθέντων, οὕτως εἴρηται." Id est: „Et ipsas quidem orationes, quae sive instante bello sive aestuante habitae sunt, accurate exprimere difficile fuit, cum mihi ipsi res, quibus interfui, narranti, tum iis, qui reliqua mihi rettulerunt. Quapropter operam dedi ut ad mentem certe oratorum quam proxime accederem, iisque tales tribuerem orationes quales rerum status quam maxime poscere mihi videretur."

Si igitur Pericles non ea ipsa verba, quae Thucydides nobis tradidit, in Ceramico elocutus est, sine dubio tamen eorum sententia congruit. Secundum Aristotelem (Rhet. I. 7.) ita Pericles dicere coepit: „τὴν νεότητα ἐκ τῆς πόλεως ἀνῃρῆσθαι, ὥσπερ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰ ἐξαιρεθείη," quae verba Pericles ex Herodoto desumpsisse videtur VII. 162: „ἀμείβεται Γέλων . . . . . καὶ ἀγγέλλοντες τῇ Ἑλλάδι, ὅτι ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ ἔαρ αὐτῇ ἐξαραίρηται."

Supra (pag. 15), quae Dionysio auctore laudanda sint, vidimus et est ipsa Thucydidis dispositio, quam veluti exemplum proponit et commendat. In oratione deinceps tractantur: c. 36: πατρὶς et γένος, c. 37—41. φύσις et ἀγωγή, c. 42—43 πρᾶξις, quae coniuncta est cum adhortatione civium (τὸ προτρεπτικόν), ut res praeclare gestas a mortuis aemulentur, c. 44—45 τὸ παραμυθητικόν, consolatio parentum, fratrum, filiorum, viduarum et ceterorum propinquorum.

Exactius autem recenseamus argumentum huius orationis.

Pericles, cum intelligeret parum pro rerum statu convenire, si occisos milites usitato more celebraret, occa-

sionem oblatam ita arripuit, ut praesentia tempora tractando universae reipublicae Atheniensis laudem proferret simulque omnia adhiberet, quibus audientium animi ad patriae amorem incendi possent. Quam ob rem initium civitatis Atticae leviter attigit; non praeterita, sed praesentia autem ipsa copiose tractavit. Splendidam rei publicae formam, leges, institutiones, mores ac disciplinam Lacedaemoniorum institutis opposuit Quam plena opprobriorum sunt ista, quae c. 39—42 legimus: „Urbem communem praebemus, peregrinos non expellimus et arcemus, si quid discere vel adspicere velint, non tam dolis et fraudibus confidentes, quam nostra ipsorum virtute, cum fortiter agendum est" sqq.

Res publica ea ratione instituta bonos cives genuit, nec mirum Alter alterius exemplo incitatur ut vir bonus ac strenuus fiat. Quaecumque instituta sunt, sacra habentur, et mutua civium contentione, iusta bonorum aestimatione, rei publicae decus ac gloria amplificatur et augetur.

Pericles hunc in modum apud Thucydidem loquitur: Se ceteris dissidentem non probare quidem eum, qui funus publicum oratione ornarit; *re* honorem habendum iis, qui *rebus* excelluerint, ne multorum laus in unius eloquentia periclitetur; arduum esse simul placere, cum is, qui res, quo modo gestae sint, noverit et defunctis bene cupiat, oratorem parum dixisse putet, is autem, qui ignoret, invidia motus, nonnulla in maius aucta esse putet, cum audiat, quae ipsius captum superent; sed, quia moris sit, laudaturum se milites „ob patriam pugnando vulnera passos," non magis autem ipsos quam

rationem a patribus traditam cum domesticam tum militarem. A qua profecti, quae praeclara facinora *illi* ediderint. Orientem debellantes, notum esse: disputationem de ratione ipsa et loco congruam et civibus peregrinisque usui fore. Athenienses enim domi militiaeque invidia carere, dum salva legum magistratuumque sanctitate neque genus opesve respicientes et, quae cuique vitae ratio placuerit, aequi concedentes, honores „deferant uni propriamque laurum," quisquis meruerit, dumque ab animi remissionibus, quas orbis terrarum praebeat, hostem non semoveant, neque ferro neque fraude neque laboriosis exercitationibus, verum mentis robore freti, quod armis par esse res demonstrarit. Sed et aliam ob causam Athenienses mirandos esse: illos, quamvis simplices, pulchritudinem et artem, illos, quamvis fortes, verum et doctrinam diligere multiplici Attico ingenio, ita ut, dum suae quisque rei familiari operam det, labore inopiam effugere laudem existimans, simul rem publicam capessat, illos fortitudini rationem aequare, eam demum virtutem habentes, quae penitus cognitum periculum prudens sed firma adeat; illos denique exemplum esse cunctae Graeciae, tam ob animi vigorem quam ob praeclaros mores, quippe qui soli mortalium non lucri causa homines beneficiis sibi adstringant. Quae omnia ita esse, neque ab oratore iactandi cupido inanibus celebrari vocibus, opes Urbis illinc exortas, subactos, qui dignos sibi adversarios contigisse agnoscant, quin terras et maria pervia facta, testari.

Ubi hunc in modum disseruit Pericles, se laudationem funebrem paene absolvisse dicit; milites enim, quorum

funus celebretur, ab institutis moribusque supra memoratis profectos, una cum universa Atheniensium ratione laudatos esse, dum oratoris verba morte illustrent; spem iucundae vitae, metum doloris „vicit amor patriae laudumque mmensa cupido." Vivis autem enitendum esse ut illos imitentur, corpora pro patria proiicere parati, quia „postera crescat laude recens", quicumque, ut illi, suum commodum communi saluti posthabuerit; forti viro enim mundum sepulchrum, historiam memoriamve laudationem esse.

Ideo se parentes occisorum, quominus plangant, vetare; sciant vitam variam, felicissimos autem eos esse, quibus nobile letum nobilisque fletus contigerit.

Postquam filios et fratres occisorum monuit, ut illorum virtutem et honorem aemulentur, mulieres ut dolori pares sint famamque vitent, concionem dimittit.

Ex toto orationis tenore Periclem rei publicae statum magnificum et egregium celebrare voluisse patet. Non poterat quin res publica, quae, omnibus virtutibus instructa, toti Graeciae exemplo esset, fortissimos quoque viros gigneret. Quod tales fuerunt, talibus temporibus nati, non est mirandum. Pericles, tritis et vulgatis omissis, occasionem, qua ostenderet, quantopere Athenae omnibus rebus ceteras omnes civitates superarent, libenter arripuit. Mors multorum civium eum incitavit, ut patriam eorum magis quam ipsos laudibus efferret. Id unum Pericles egit ut meliores et nobiliores animi motus in civibus excitaret eosque, rei publicae magnificentia ac splendore depictis, inflammaret. Talem novimus Periclem ex Socratis verbis apud Platonem Phaedr. 270 A, ubi ex Anaxagora physico,

utpote humanae naturae gnaro, dicitur didicisse quo modo, verbis recte adhibitis, animi permoveri possint: *πᾶσαι ὅσαι μεγάλαι τῶν τεχνῶν, προσδέονται ἀδολεσχίας καὶ μετεωρολογίας φύσεως πέρι· τὸ γὰρ ὑψηλόνουν τοῦτο καὶ πάντῃ τελεσιουργὸν ἔοικεν ἐντεῦθέν ποθεν εἰσιέναι. ὃ καὶ Περικλῆς πρὸς τῷ εὐφυὴς εἶναι ἐκτήσατο· προσπεσὼν γάρ, οἶμαι, τοιούτῳ ὄντι Ἀναξαγόρᾳ, μετεωρολογίας ἐμπλησθεὶς καὶ ἐπὶ φύσιν νοῦ τε καὶ ἀνοίας ἀφικόμενος, ὧν δὴ πέρι τὸν πολὺν λόγον ἐποιεῖτο Ἀναξαγόρας, ἐντεῦθεν εἵλκυσεν ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην τὸ πρόσφορον αὐτῇ.*" Hinc in hac Periclis oratione ubique rectus modus adhibetur, nusquam exceditur.

Gorgias Leontinus orationem funebrem omnibus eloquentiae ornamentis instructam composuit, artis rhetoricae ostentandae causa, non publice orator electus In fragmento, quod supra tractavi, omnia subtiliter struuntur et inter se opponuntur. Sine dubio Thucydides, si verborum structuram spectamus, Gorgiae exemplum secutus est. Non verbatim autem eum Periclis orationem reddidisse supra (pag. 28) vidimus, attamen et dispositio et sententiae ipsius Periclis esse videntur. Thucydides, quo fuit ingenio, ea, quae ex Periclis ore audivit, cum sibi ob rem publicam laudatam gratissima essent, summa diligentia captavit et suo more limata reddidit. Tali exemplo dato, non poterat, quin fervidissima oratio, *κτῆμα ἐς ἀεί*, exsisteret.

CAPUT IV.

Lysias.

Lysias, Cephali Syracusani filius, Athenis natus (quo anno non satis constat) cum patre et fratribus aliquandiu Thuriis vixit, ubi Tisia magistro usus est; post infelicem autem belli Siculi exitum Athenas rediit et arti rhetoricae incubuit. Cic. Brut. 48: „nam Lysiam primo profiteri solitum artem dicendi, deinde quod Theodorus esset arte subtilior, in orationibus ieiunior, orationes eum scribere aliis coepisse, artem removisse." In oratione „contra Neaeram" c. 21, Lysias sophistes nominatur et Plat. Phaedr. 228 A: „*δεινότατος ὢν τῶν νῦν γράφειν.*"

Sub triginta virorum dominatione fere omnem rem familiarem amisit et vix, Megaram fugiendo, se servare potuit. Thrasybulus post tyrannos exactos eum in integrum restituere conatus est, quod optime de re publica meritus esset: Schol. Aesch. 3. 195: „*Λυσίου τοῦ Συρακουσίου πεντακοσίας μὲν ἀσπίδας δόντος τοῖς μαχεσαμένοις ἐν Φυλῇ, τριακοσίους δὲ στρατιώτας μισθωσαμένου ἐξ Αἰγίνης.*" Sed Archinus vehementer resistendo et Thrasybulum accusando,

quod ante senatus auctoritatem legem ad populum detulisset, effecit ut Lysias, sicut antea, *ἰσοτελὴς* maneret. Aristot. de Rep. Athen c. 40 „*δοκεῖ... πολιτεύσασθαι καλῶς ᾿Αρχῖνος... γραψάμενος τὸ ψήφισμα τὸ Θρασυβούλου παρανόμων, ἐν ᾧ μετεδίδου τῆς πολιτείας πᾶσι τοῖς ἐκ Πειραιέως συγκατελθοῦσι, ὧν ἔνιοι φανερῶς ἦσαν δοῦλοι.*" Plut. 835 E: „*γράψαντος αὐτῷ Θρασυβούλου πολιτείαν μετὰ τὴν κάθοδον ἐπ᾿ ἀναρχίας τῆς πρὸ Εὐκλείδου, ὁ μὲν δῆμος ἐκύρωσε τὴν δωρεάν, ἀπενεγκαμένου δὲ ᾿Αρχίνου γραφὴν παρανόμων διὰ τὸ ἀπροβούλευτον εἰσαχθῆναι, ἑάλω τὸ ψήφισμα καὶ οὕτως ἀπελαθεὶς τῆς πολιτείας τὸν λοιπὸν χρόνον ᾤκησε ἰσοτελὴς ὤν.*"

Sine dubio etiam Plato in Phaedro Archinum vult, cum dicit „virum rerum civilium peritum" Lysiae nuper exprobrasse, quod orationes scriberet. Plat. Phaedr 257 C: „*καὶ γάρ τις αὐτὸν* (Lysiam)... *ἔναγχος τῶν πολιτικῶν τοῦτ᾿ αὐτὸ λοιδορῶν ὠνείδιζε, καὶ διὰ πάσης τῆς λοιδορίας ἐκάλει λογογράφον.*"

Licet Lys. orat. XIX. 19 Lysiam cum Eunomo et Aristophane iter ad Dionysium in Siciliam fecisse legamus, unde fortasse videatur negotium publicum suscepisse, constat tamen hanc legationem Conone auctore missam esse.

Apud Isocr. Paneg. 74 legimus: „*καίτοι μ᾿ οὐ λέληθεν ὅτι χαλεπόν ἐστιν ὕστατον ἐπελθόντα λέγειν περὶ πραγμάτων πάλαι προκατειλημμένων. καὶ περὶ ὧν οἱ μάλιστα δυνηθέντες τῶν πολιτῶν εἰπεῖν ἐπὶ τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις πολλάκις εἰρήκασιν,*" ex quo loco statui licet cives creari solitos esse, qui orationem funebrem haberent in laudem eorum, qui pro patria defuncti essent. Quod quamquam multis locis aperte non dicitur, non dubito, quin scriptores id indicare voluerint. Cfr. Thuc. II. 34: „*ἀνὴρ ᾑρημένος ὑπὸ τῆς*

πόλεως." Menex. 234 B: „*ἡ βουλὴ μέλλει αἱρεῖσθαι ὅστις ἐρεῖ ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσιν,*" ibid. 235 C: „*᾿Αθηναῖοι μέλλοιεν αἱρεῖσθαι τὸν ἐροῦντα.*" Dem. or. pro cor. § 285: „*χειροτονῶν γὰρ ὁ δῆμος τὸν ἐροῦντ᾿ ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι.... οὐ σὲ ἐχειροτόνησε προβληθέντα.... ἀλλ᾿ ἐμέ.*" Dem. epit. § 2: „*ἡ πόλις αἱρεῖται τὸν ἐροῦντα.*" Diod. Sic. XVIII. 13: „*ὁ δῆμος τῶν ᾿Αθηναίων τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον εἰπεῖν προσέταξεν ῾Υπερείδῃ τῷ πρωτεύοντι τῶν ῥητόρων τῇ τοῦ λόγου δεινότητι καὶ τῇ κατὰ τῶν Μακεδόνων ἀλλοτριότητι.*"

Quam ob rem Lysias inquilinus orationem funebrem circumstante populo habere non potuit.

Inter multos defensores Lysiae orationis funebris Le Beau primum locum tenet. In opere suo, cui titulus: „Lysias' Epitaphios als echt erwiesen," Stuttgart 1863, multis argumentis utitur, ut demonstret Lysiam ipsum orationem funebrem habuisse. Efficere conatur, *μετοίκους* i. e. inquilinos, inter quos Lysiam, postquam in urbem recepti sint, tanto honore affectos esse ut eadem iura atque cives haberent. Citat Epitaph. § 66: „*ἄξιον καὶ τοὺς ξένους τοὺς ἐνθάδε κειμένους ἐπαινέσαι, οἳ τῷ πλήθει βοηθήσαντες.... τοιαύτην τοῦ βίου τελευτὴν ἐποιήσαντο· ἀνθ᾿ ὧν ἡ πόλις αὐτοὺς καὶ ἐπένθησε καὶ ἔθαψε δημοσίᾳ, καὶ ἔδωκεν ἔχειν αὐτοῖς τὸν ἅπαντα χρόνον τὰς αὐτὰς τίμας τοῖς ἀστοῖς.*" Quis autem non videt hoc non spectare ad superstites sed ad mortuos? Quis non intelligit oratorem voluisse dicere: „Illi peregrini, qui pro nostra civitate mortem subierunt, iisdem honoribus sepulturae donabuntur atque cives, tamquam cives publice sepelientur et in perpetuum eorum memoria semper servabitur."

Eos, qui superessent, civitate esse donatos, mihi nullo modo patet.

Le Beau pag. 91. Xen. Hell. II 4. 25: „*πιστὰ δόντες … καὶ εἰ ξένοι εἶεν, ἰσοτέλειαν ἔσεσθαι*" perverse confert cum Lys. or. XXVI. 17: „*οὐ γὰρ ἐλάττους τούτων ἡ πόλις τετίμηκε τῶν ἐπὶ Φυλὴν ἐλθόντων καὶ τὸν Πειραιᾶ καταλαβόντων*", i. e. „Civitas ex horum (urbanorum) numero non pauciores ad honores admisit, quam ex illorum, qui Phylen profecti Piraeum occupaverunt", et cum Lys. or. XXVI. 20: „*τοιγάρτοι ἀντὶ τούτων αὐτοὺς ὁ δῆμος ταῖς μεγίσταις τιμαῖς τετίμηκεν, ἱππαρχεῖν καὶ στρατηγεῖν καὶ πρεσβεύειν ὑπὲρ αὐτῶν αἱρούμενοι,*" in qua sententia „*αὐτοὺς*" non ad Piraeenses, sicut Le Beau interpretatur, sed ad urbanos, qui sub triginta virorum dominatione in urbe remanserant, referendum est.

Ex his locis minime patet inquilinis civium iura tributa fuisse neque sequitur Lysiam, quia *ἰσοτελὴς* esset, hanc orationem funebrem habere potuisse.

Supra vidimus polemarcho solemnia sacra funebria curanda fuisse. Le Beau pag. 37 demonstrat: „Unsere Rede konnte für den Archon Polemarchos geschrieben sein", et pag. 39: „Müsste also angenommen werden, dass unser Epitaphios von Lysias nicht gehalten, sondern nur geschrieben wäre, so könnte er ganz wohl dem Polemarchos gedient haben, als eine Rede „*οἵους ἂν εἶπεν ὁ πολέμαρχος.*" Quae opinio tantum Menandri rhetoris testimonio niti videtur, dicentis § 1: „*λέγεται παρ' Ἀθηναίοις ἐπιτάφιος ὁ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐπὶ τοῖς πεπτωκόσιν ἐν τοῖς πολέμοις λεγόμενος λόγος …. οἷοί εἰσιν οἱ τρεῖς Ἀριστείδου λόγοι. οἵους γὰρ ἂν εἶπεν ὁ πολέμαρχος,*

ἐπειδὴ καὶ τούτῳ τὸ τῆς τιμῆς ἀποδέδοται παρ' Ἀθηναίοις, τοιούτους ὁ σοφιστὴς συνέταξεν." Dicit igitur Menander Aristidem orationes funebres scripsisse, quibus polemarchus quotannis uti soleret, unde Le Beau putat Lysiam orationem funebrem pro polemarcho composuisse, quod autem nequaquam patet. Praeterea vix credi potest virum non disertum electum esse, qui in defunctorum honorem verba faceret. Cfr. Meier de Andoc. c. Alcib. III. p. 13: „munus illud non deferebatur, nisi ei, qui tantum valeret eloquentia, ut non indigeret alieni oratoris ministerio."

Tertio argumento Le Beau dicit: „Lysias hat unsere Rede nicht nur verfasst, sondern *wirklich gehalten.* Denn Stellen wie § 63: „sie weisen als Zeugen ihrer Tapferkeit die nahen Gräber der Lacedämonier auf" und § 67: „*οἱ νῦν θαπτόμενοι*" etc. bedeuten uns, dass der Redner als Augenzeuge spricht, und § 57: „*ὧν ἕνεκα δεῖ μόνους καὶ προστάτας τῶν Ἑλλήνων καὶ ἡγεμόνας τῶν πόλεων γίγνεσθαι*" ist offenbar aus dem politischen Zeitbewusstsein herausgesprochen, wie es sich durch die Stellung Athens nach Konons Sieg und während des Korinthischen Kriegs bildete. Ebenso gibt § 66 zu verstehen, dass der Redner selbst erlebtes aus ganz frischem Andenken vorführt. Auch § 44 „*δουλεύουσι*" *κ. τ. λ.* lässt fast auf politische Zustände, die zur Zeit jenes epitaphischen Festes fortdauerten, schliessen." etc.

Videamus, an tempus, quo oratio aut sit habita, aut habita esse fingatur, accurate statui possit. Titulus est: „*ἐπιτάφιος τῶν Κορινθίων βοηθοῖς.*" In omni oratione nulla mentio neque pugnae apud Coroneam, neque pacis Antalcidae, quemadmodum in Menexeno, fit, quae tamen

res imprimis memoratu digna erat. Fieri potest, ut habita sit post pugnam apud Corinthum, igitur a. 393. Nam quae verba leguntur § 67: „οἱ δὲ νῦν θαπτόμενοι βοηθήσαντες Κορινθίοις ὑπὸ παλαιῶν φίλων ἀδικουμένοις" ad opem latam a. 394—392 spectant. Sed qui fieri potest, ut orator publice electus, bello nondum finito, dicere audeat § 70: „δυστυχήσαντες δὲ βέβαιον τὴν δουλείαν τοῖς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ κατέλιπον. ἐκείνοις μὲν οὖν οὕτω διακειμένοις ὅ <τε> βίος οἰκτρὸς καὶ ὁ θάνατος εὐκτός."

Peloponnesiacis igitur serviendum Lacedaemoniis; vita miseranda, mors optabilis est! Credat Judaeus Apella! Orator, circumstante corona, ita loquens lapidibus obrutus fuisset, opinor. Ex oratione Lysiae „pro Mantineo" optime videmus, quantas res agmen Atheniensium a. 394 praeclare gesserit et oratorem, cui tanta copia distribuendi laudes oblata sit, eas tantummodo strictius indicaturum fuisse, mihi vix credibile videtur. Praeterea, quae verba § 70 legimus: „πολλῶν μὲν γὰρ καὶ καλῶν αἴτιοι γεγένηνται τῇ ἑαυτῶν πατρίδι, ἐπηνώρθωσαν δὲ τὰ ὑφ' ἑτέρων δυστυχηθέντα, πόρρω δ'ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν τὸν πόλεμον μετέστησαν", procul dubio ad complures res gestas spectant, non solum unius anni. Oratores Atticos res sociorum nimis florentes depingere, satis notum est; auditoribus enim blandiri conantur. Quum autem multis locis (Thuc. I. 98. 100 sqq., 114. sqq.) pateat, quanta acerbitate Athenienses in socios saevire solerent, nonne ineptius orator dixisse videtur § 56: „ἀστασιάστους δὲ παρέχοντες τοὺς συμμάχους.... οὐδὲ τοὺς συμμάχους ἀσθενεῖς ποιοῦντες" κ. τ. ἑ?

Est alter error, quem orator commisit. Legimus § 63:

„καὶ γάρ τοι μεγάλην μὲν ἀντὶ μικρᾶς ἀπέδειξαν τὴν πόλιν, ὁμονοοῦσαν δ' ἀντὶ στασιαζούσης ἀπέφηναν, τείχη δ' ἀντὶ τῶν καθῃρημένων [νέα] ἀνέστησαν." Muri Atheniensium a Conone refecti sunt a. 393, ut referunt Xenophon, (Hellen. IV. 8. 9. 10) et Nepos Conon. 4: „Conon cum parte navium in patriam venit, muros dirutos a Lysandro utrosque, et Piraeei et Athenarum, reficiendos curat pecuniaeque quinquaginta talenta, quae a Pharnabazo acceperat, civibus donat."

Qui autem fieri possit, ut Lysias de Conone tacens, reduces muros refecisse contendat, me non intelligere confiteor Tot causis collectis, neque Lysiam orationem habuisse, neque alii scripsisse, neque tempus, quo habita sit, statui posse profiteri non dubito verbisque Reiskii p. 64 assentior dicentis: „Haec ῥητορεία scholae Isocraticae pyxides redolens cum ab ingenio Lysiae reliquis in eius monumentis demonstrato quam plurimum abhorreat, dudum est quod suspicari coepi, hanc funebrem non eius sed alius nescio cuius esse, ut parum movear a constanti antiquitatis testimonio eam Lysiae nostro tribuente." De quo cfr. Aristot. Rhet. III. 10. 7 et Schol. ad Aesch. advers. Ctesiph. § 20.

Supra vidimus, quae Dionysio auctore, ut in Periclis oratione apud Thucydidem, deinceps sint laudanda: „πατρίς, γένος, φύσις, ἀγωγή, πρᾶξις; post haec sequuntur θρῆνος et παραμυθία.

Oratione Pseudo-Lysiae continentur: § 1—3 Exordium, § 4—16 πρᾶξις, (de fabulis mythicis) § 17—19 φύσις, γένος, πατρίς, ἀγωγή, § 20—70 πρᾶξις denuo, § 71—76 θρῆνος, § 77—81 παραμυθία, unde patet nonnulla suo

loco mota esse et nimium spatium „τῇ πράξει" tributum esse. Quod ad „θρῆνον" attinet, Dionys. c. 4 adhortatur: „δεῖ δ' εἰδέναι καὶ τὴν μέθοδον τοῦ παραμυθικοῦ. οὐ γὰρ θρηνεῖν, οὐκ ἀπολοφύρεσθαι τοὺς ἀποθανόντας." κ. τ. ἑ.

Pseudo-Lysias non minus quam 10 paragraphos lamentationi et adhortationi tribuit. Argumentum breviter percurram.

§ 1 Orator excusat breve tempus sibi datum ad meditandum prae argumenti magnitudine et fatetur se non parem esse virtuti eorum laudandae, qui mortui sint. Prooemium non solum pertinet ad recens mortuos, ut apud Thucydidem, Platonem, Hyperidem, sed ad omnes, qui antea sunt interfecti; cum prioribus autem oratoribus certare sophistae est magis quam eius, qui publice electus sit ad verba facienda. Orator dicit se velle laudare maiores, sicut Pericles apud Thucydidem; sed dum hic (cap. 36) „τὰ κατὰ πολεμίους ἔργα .... μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος, ἐάσω" profitetur, et mavult indicare, quibus institutis et quo reipublicae statu patria magna facta sit, videmus apud Ps. Lysiam § 4—61 magnas res gestas paucis modo verbis interiectis enumerari.

Ps. Lysias § 3—6 exordium ab Amazonibus capit, quarum historiam verbosius narrat; § 7—10 expeditionem contra Thebas, et ab Atheniensibus Cadmeos coactos esse, ut cadavera sepelirent, legimus; § 11—16 describit, quo modo filii Herculis, Eurystheum metuentes ad Athenienses confugerint et ab his servati sint, Eurystheo interfecto eiusque copiis fusis fugatisque, et dicit § 17—20 maiores non alienigenas, sed ex ipsa terra ortos fuisse, tyrannis eiectis populare imperium instituisse et libere vixisse

bonos laudantes, malos punientes; § 21—48 res gestas contra Persas memorat et pugnam apud Salaminem describit, qua pugna Athenienses fortissimos se praestantes communem libertatem ceteris attulisse et Peloponnesiis Isthmum muro claudentibus et salute gaudentibus, ratis se liberos fore periculo maritimo, persuasisse, ut totam Peloponnesum muro cingerent. § 48—53 Res gestas Atheniensium contra Aeginetas et pugnam ad Geraneam memoriae prodit, § 54-58 maximam virtutem laudat interfectorum, qui multo cum labore et celeberrimis proeliis Graeciam liberaverint, suam patriam potentissimam reddiderint et per 70 annos summam imperii maritimi obtinuerint, non aequo animo ferentes multitudinem paucis parere, sed hos cogentes, ut omnibus eadem iura essent, non socios debilitantes, eos autem corroborantes et ipsorum potestatem talem ostendentes, ut rex Persarum non iam alienas opes peteret, suas enimvero partim traderet, partim anxie possideret. Eo enim tempore neque naves longas ex Asia navigasse, neque tyrannos inter Graecos fuisse, neque urbem Graecam in servitutem redactam fuisse. § 58 sqq. dicit, non solum in secundis, sed etiam in adversis rebus Athenienses virtutem ostendisse, omnia enim tuta fuisse Atheniensibus imperantibus, postquam autem Lacedaemonii principatum obtinuerint, Persas urbes Graecas vastasse, tyrannos ab iis institutos et totam Peloponnesum male tractatam esse.

§ 61-66. Illi, qui Athenas dominatione triginta virorum liberaverunt, laudibus efferuntur, quod novis periculis maiorum virtutem aemulati, suae vitae pretio urbem

ceteris quoque communem reddituri, mortem cum libertate vitae cum servitute anteposuerint; dicit § 67—77 illos, qui nunc sepeliantur, Corinthiis opitulatos, Lacedaemoniis adversatos, omnibus hominibus excellentem virtutem ostendisse, nam non solum suae salutis causa periclitatos, sed etiam pro aliena libertate mortem subire ausos esse; eos vitam amisisse, sicut viros fortes deceat, patriae educationis mercedem reddentes, dolorem parentibus relinquentes. Magnum gaudium, talibus viris sepultis, qui omnia minoris habentes quam virtutem, se ipsos vita privaverint, uxores viduas fecerint, parentes liberosque suos orbos reliquerint, adhuc cognatis superesse! Nihil quidem tristius esse quam liberos procreasse et educasse, si parentes senio confecti, liberis amissis, omni spe destituti sine amicis, sine opibus superstites sint. Hanc vero gratiam his mortuis referri posse, si eorum parentes, sicut illi fuerint, magni fiant, liberi ita diligantur quasi patres vivant. Pergit § 77 sqq. non esse quod lamententur superstites; omnes enim mortales esse, nam „omne capax movet urna nomen" Hos autem, qui pulcherrimam mortem sibi elegerint in mediis periculis, felicissimos habendos; eorum memoriam semper servari, gloriam immortalem iis tributum iri, qui mortale corpus a natura adepti sint; publice enim sepultum iri et certamina honorifica fore; attamen auditores, patriam institutionem servantes, eos lamentari oportere."

Ut apud Gorgiam, ita in hac oratione grandia verba componuntur, omnia exaggerantur praeter caesorum laudem; dispositio est perversa et magis sophistae iactantis

est quam Lysiae, cui apud Dionysium Hal. tribuitur:

Cap. 2. „τὸ καθαρὸν τῶν ὀνομάτων, ἡ ἀκρίβεια τῆς διαλεκτοῦ."

Cap 3. „(ἀρετὴ) ἡ διὰ τῶν κυρίων („propria") τε καὶ κοινῶν καὶ ἐν μέσῳ κειμένων ὀνομάτων ἐκφέρουσα τὰ νοήματα."

Cap. 4. „σαφήνεια ἐν τοῖς ὀνόμασιν, ἐν τοῖς πράγμασιν."

ibid. „ἡ δὲ Λυσίου λέξις ἅπασά ἐστι φανερὰ καὶ σαφής."

Cap. 5. „μιμητέον δὲ καὶ τὴν βραχύτητα τὴν Λυσίου· μετριώτερα γὰρ οὐκ ἂν εὑρεθείη παρ' ἑτέρῳ ῥήτορι."

Cap. 7. „δύναμις ἡ ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις ἄγουσα τὰ λεγόμενα."

Cic. Brut. 35 „Lysias, ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor, atque elegans, quem iam prope audeas perfectum dicere."

Cic. Orator. 226 „alter paene Demosthenes", Lysias appellatur.

Quintil. X. 1. 78 „Lysias.... quo nihil, si oratori satis est docere, quaeras perfectius."

Gellius. N. Att. II. 5 „Si ex Platonis oratione verbum aliquod demas mutesve atque id commodatissime facias, de elegantia tamen detraxeris, si ex Lysia, de sententia."

Cfr. Plat. Phaedr. 269 E, 270 A, 257 B, 260 D, 262 E, 264 A, cet.

Quibuscum iudiciis fere tota oratio funebris, quae Lysiae tribuitur, pugnat.

CAPUT V.

Isocratis Panegyricus.

Apud veteres auctores nonnullis locis Isocratem in Panegyrico Gorgiam, Thucydidem, Archinum et Lysiam imitatum esse legimus.

Philostr. Vit. Soph. I. 17 „*οὗτος (ὁ πανηγυρικὸς) οὖν, εἰ καὶ κάλλιστος λόγων, αἰτίαν ὅμως παρέδωκεν ὡς ἐκ τῶν Γοργίᾳ σπουδασθέντων ἐς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν συντεθείς.*"

Plut. Vit. Isocr. 837 „*τὸν δὲ Πανηγυρικὸν ἔτεσι δέκα συνέθηκεν, οἱ δε δεκαπέντε λέγουσιν, ὅν μετενηνοχέναι ἐκ τοῦ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου καὶ Λυσίου.*"

Photius: „*τάχα τις αὐτὸν αἰτιάσαιτο κλοπῆς, ἐξ ὧν ἐν τῷ Πανηγυρικῷ λόγῳ αὐτοῦ πολλὰ τῶν κατὰ τοὺς ἐπιταφίους λόγους εἰρημένων Ἀρχίνῳ τε καὶ Θουκυδίδῃ καὶ Λυσίᾳ ὑπεβάλετο.*"

Apud Aristotelem in Rhetorica Panegyricus decies sexties commemoratur. Dionys. Isocr. § 14 „*ἐν τῷ πανηγυρικῷ τῷ περιβοήτῳ λόγῳ.*" Philostr. I. 17 „*κάλλιστος λόγων.*"

Isocrates ipse Philip. § 11 eos, qui sibi inviderent, orationem imitatos esse, et Antid. § 61 eos, qui antea

illud argumentum tractavissent, opus omnes delevisse neque iterum suscipere ausos esse, memorat. Oratio panegyrica auditores permovere vult et oratori, ut huius voti compos fiat, interdum fidem historicam migrare licet Confugit saepe ad res mythicas, quas alias aliter narrat. Non igitur, propter inscientiam rerum ab historia recedit, sed consulto, ut Athenarum gloriam et merita aptissime explicet. Tisias et Gorgias apud Platonem Phaedr. 267 B: „*τὰ σμικρὰ μεγάλα καὶ τὰ μεγάλα σμικρὰ φαίνεσθαι ποιεῖν*" solebant et Arist. Rhet. I, dicit: „*ἡ αὔξησις ἐπιτηδειοτάτη τοῖς ἐπιδεικτικοῖς· τὰς γὰρ πράξεις ὁμολογουμένας λαμβάνουσιν· ὥστε λοιπὸν μέγεθος περιθεῖναι καὶ κάλλος.*"

Argumentum huius orationis est Athenarum magnitudinem depingere, earum merita ante oculos ponere, concordiam inter Graecas civitates firmare, ut Athenis ducibus barbari subiiciantur. Fortasse Isocrates Gorgiae Olympico, quae oratio habita est a. 392, incitatus est ut Panegyricum scriberet, quam edidit a. 380. Licet prima pars (§ 1—126), in qua obsidio Thebarum, Olynthi, Phliuntis commemoratur, a. 381 absolvi potuerit, quae dicuntur § 125—132, postea addita esse debent. Cfr. W. Engel: „de tempore, quo divulgatus sit Isocratis Panegyricus", Berlin 1861, contra quem cfr. Blass. (Attische Beredsamkeit) p. 230 sqq.

Isocratem Panegyricum non recitasse, ut Plut. Vit. Isocr. 837 refert, sed modo scripsisse e Philip. § 11 „*ὁ πρότερον ἐκδοθεὶς*", § 83 „*ἔγραφον*", § 85 „*τὰ πρότερον ἐκδεδομένα*", Epist. 3 § 6 „*γράφειν ἔν τε τῷ πανηγυρικῷ ἐπεχείρουν*", Antid. § 55 „*τῶν πολλάκις ἀνεγνωκότων*", patet.

Tota oratio μικτὸς λόγος habenda est. Quamvis Isocrates dicat § 14 se orationem nomine et vita dignam facturum, et auditores flagranter poscat ne sibi veniam dent, immo derideant, si eos verbis sibi non conciliet, § 74 profitetur difficile esse de iis rebus, quas alii iam tractaverint, verba facere, et § 187—189 iactantia dicta retractat.

Verissime vir doctissimus K. L. Kayser annotat Panegyricum nostrum neque integrum „ἐγκωμιαστικὸν" neque „συμβουλευτικὸν" habendum esse. Panegyricus non est oratio funebris; quoniam autem et argumentum et dispositio cum epitaphio partim congruunt, in hac dissertatiuncula tractari debet. Argumentum breviter recenseamus. § 3—15. Auctor veniam petit, quod, post tot alios, idem argumentum tractare audeat; eorum enim consilia vitae communi non prodesse, universae saluti autem serviri si duae civitates (Athenae et Sparta) permoveantur, ut ad debellandos barbaros principatum pariter dividant. § 17 sqq. Lacedaemonios autem non cessuros, principatum contra sibi vindicaturos esse, quam ob rem oratorem maxime eniti, ut omnibus liqueat Athenas summa imperii dignissimas esse, quod aborigines sint et optime sint meritae de omni Graecia. § 28 - 33. Agricultura a Cerere instituta et mysteria describuntur. Propter exiguitatem soli coloniae deducuntur. § 34—37. Civitatem Athenarum cum videret Graecos sine legibus vivere, quorum alii a tyrannis contumelia afficerentur, alii soluta licentia perirent, eos partim dominatione liberasse, partim subiectis exemplum se praestitisse. Athenas enim primas leges dedisse et formam reipublicae instituisse, artes introduxisse, portas peregrinis aperuisse et Piraeum emporium parasse. § 38—53. Cura philosophiae et artis rhetoricae effectum esse ut nomen Graecum idem fieret quod eruditio et disciplina; urbem non solum artibus liberalibus maximam gloriam sibi peperisse, sed etiam in proeliis se infirmis tutricem praestitisse. Adrasti et Heraclidarum historia connexa est § 56—60 et breviter ius principatus demonstratur. Argos enim, Thebas et Spartam aut subiectas aut e periculo extractas esse. § 61—65. exteras nationes, Scythas, Thraces, Persas Athenas corripuisse, sed victas esse § 66 - 67. Post pugnam cum Eumolpo et Amazonibus una descriptam, bella cum Dario et Xerxe, quibus Athenae mari principatum obtinuerint, breviter tractantur, descriptio pugnae apud Salamina praetermittitur. Brevi in conspectu causae, cur Athenae principatu dignissimae sint, ponuntur, ubi τὸ ἐγκώμιον finem habet § 90. Orator eos, qui Athenienses crudelitatis et duritiae accusaverint, impugnat § 100—109 et eos, qui multo graviora et deteriora fecerint, aggreditur. § 110—114.

Hoc loco tenus, nisi fallor, prima pars orationis perfecta fuit, sed pace facta non est mirandum, quod Isocrates, praesentem statum rerum graviter ferens, eum cum statu, qui fuit florentibus Athenis, comparavit § 115—121. Sequitur accusatio in Lacedaemonios, qui Graecos barbaris tradiderint § 122—135. Post hanc comparationem orator queritur de multis litibus, et deplorat, quod non communiter regem Persarum aggrediantur, quia potentior sit § 132—138; reditu Xenophontis enim satis demonstratum esse eum non potentem esse § 138—149. Exempla

ignaviae et perfidiae Persarum afferuntur § 150—154, odium incitatur ob insidias Graecis structas, ob templa direpta et incensa § 155—150. Sequitur adhortatio, ut quam celerrime bellum suscipiant § 160—166. Praesens malum, quod nullus vir adsit, qui consilio et sapientia rempublicam regere possit, depingitur § 167—171, quem statum bello tantum mutari posse § 172—174 Dedecus per pacem allatum § 175—182 et omnes causae, cur bellum suscipiendum sit, citantur § 183—186. Ultimis capitibus orator veniam precatur si nonnulla praetermiserit nec, ut in prooemio professus sit, omnes res digno modo descripserit. § 187—189.

Difficillima quaestio est et semper manebit, utrum Isocrates Pseudo-Lysiam an hic Isocratem imitatus sit. Supra demonstravi multos locos communes et inter se similes apud publicos oratores inveniri, quam ob rem, si fere verbatim complures sententiae congruant, non est cur alter ab altero descripserit. Viri doctissimi Schönborn, Westermann et Le Beau in veterum sententiam pedibus eunt et Isocratem furti accusant, dum v. d. Wolf ad Demosth. Leptin. Hoelscher et Blass Epitaphii auctorem Panegyrico diligentius usum esse opinantur.

Paneg. § 8 legimus: „ἐπειδὴ δ'οἱ λόγοι ἔχουσι τὴν Φύσιν ὥσθ' οἷόν τ'εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολλαχῶς ἐξηγήσασθαι, καὶ τά τε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος περιθεῖναι, καὶ τά τε παλαιὰ καινῶς διελθεῖν καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως εἰπεῖν, οὐκέτι Φευκτέον ταῦτ' ἐστὶ περὶ ὧν ἕτεροι πρότερον εἰρήκασιν, ἀλλ' ἄμεινον ἐκείνων εἰπεῖν πειρατέον."

Isocrates igitur ipse confirmat non evitari posse, quin

eadem, quae alii dixerint, proferat, sed conandum esse, ut eos antecellat.

Qui autem diligentius Panegyricum cum Pseudo-Lysiae orationem conferunt, a Dobraei parte stabunt, profitenti: „Apud Isocratem omnia ex argumento ipso efflorescunt, bene cohaerent, proposito inserviunt, iustis denique finibus coercentur; apud nostrum inania, nimia, odiosa omnia; verba verbis continuata, figurae figuris, non sine quadam specie atque pompa, sed nullo consilio, nulla arte, nulla vi, nullo sensu. Hic summum oratorem, hic nugacem compilatorem videas."

Le Beau multos locos inter se fere similes descripsit, quibus demonstraret Isocratem usum esse Pseudo-Lysiae Epitaphio. Quoniam in animo habeo, uno capite locos congruentes complecti, quo, non sicut Le Beau, indicem alterum ab altero descripsisse, sed unde similitudo sententiarum appareat, unum tantum locum citabo.

Pseudo-Lysias § 29 habet: „ὁδὸν μὲν διὰ τῆς θαλάττης ἐποιήσατο, πλοῦν δὲ διὰ τῆς γῆς ἠνάγκασε γενέσθαι, ζεύξας μὲν τὸν Ἑλλήσποντον, διορύξας δὲ τὸν Ἄθω."

Isocrates vero § 89: „ἐξεῦρε καὶ συνηνάγκασεν ὃ πάντες θρυλοῦσιν, ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δ' Ἄθω διορύξας."

At ex ipsis Isocratis verbis „ὃ πάντες θρυλοῦσιν" satis apparet dictionem Lysiae non singularem fuisse, id quod etiam aliunde demonstrari potest. Sic Lucianus in Dial. Mort. XX. 2 habet: „ἡ Ἑλλὰς ἔφριττε ζευγνύντα μὲν τὸν Ἑλλήσποντον διὰ δὲ τῶν ὀρῶν πλεῖν ἐπιθυμοῦντα." Idem Rhet. Praecept. 18: „καὶ ἀεὶ ὁ Ἄθως πλείσθω, καὶ ὁ

Ἑλλήσποντος πεζεύσθω." Cic. de fin. 2. 34. 112: „Xerxes cum tantis classibus tantisque equestribus et pedestribus copiis, Hellesponto iuncto Athone perfosso, maria ambulavisset, terram navigasset . . . ."

Neque ex hoc igitur, neque ex aliis locis collatis, Isocratem imitatorem Pseudo-Lysiae esse, me iudice effici potest.

CAPUT VI.

Platonis Menexenus.

Multi viri docti de Platonis Menexeno disputaverunt. Gottleber aliique opinati sunt Platonem Periclem aemulari, quin etiam imitando superare voluisse. Spengel, Artium Scriptor. p. 147 et Krüger Stud. Histor. p. 238 Platonem Alcidamantis aut Archini orationem perstrinxisse putaverunt. Schönborn in Comment.: „Ueber das Verhältniss von Platons Menexenus zu dem Epitaphios des Lysias" (Guben 1830) et C. T. Hermann in Disp. de Socratis magistris p. 21 sqq. unum Lysiam lacerari a Platone coniecerunt, quos Loers in Disp. „Quae ratio inter Platonis Menexenum et Lysiae laudationem intercedat" (Trevir. 1848) refellit.

Sicut in Phaedro non solum Lysiam, sed omnes rhetores Plato carpere voluit, ita in Menexeno omnes panegyricos oratores una cum iis, qui Sicula schola exorti erant, exagitare in animo habuit. Lysias in Menexeno silentio praeteritur, Dion et Archinus nominantur, quo generi panegyricorum illudatur. (Menex. p. 234 B.)

Dionysius Hal. de vi dicendi Dem. c. 23. habet: „ὡς

μὲν ἐμοὶ δοκεῖ Θουκυδίδην παραμιμούμενος, ὡς δ' αὐτός φησιν Ἀρχῖνον καὶ Δίωνα", sed nullis aliis, nisi his locis de epitaphio Dionis et Archini mentio fit. Videamus quae sint veterum iudicia.

Dionys. l. l. „*κράτιστος δὴ πάντων τῶν πολιτικῶν λόγων ὁ Μενέξενος ἐν ᾧ τὸν ἐπιτάφιον διέρχεται λόγον, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ Θουκυδίδην παραμιμούμενος*" *κ. τ. ἑ.*

Arist. Rhet. III. c. 14: „ *ὃ γὰρ λέγει Σωκράτης ἐν τῷ ἐπιταφίῳ ἀληθές, ὅτι οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν, ἀλλ' ἐν Λακεδαιμονίοις;*" (cfr. Menex. 235 D.) ibid I. c. 9: *ὥσπερ καὶ ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν.*"

Dionys. Coll. Rhet. VI 1. p. 259: „*παραδείγματα (λόγων ἐπιταφίων) ἐστί που καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, τοῦ μὲν κοινοῦ καὶ πολιτικοῦ παρά γε τῷ τοῦ Ὀλόρου* (apud Thucydidem) *καὶ παρὰ τῷ τοῦ Ἀρίστωνος* (apud Platonem).

Hermog. de Ideis c. 10: „*ὁ δὲ πανηγυρικῶν λόγων κάλλιστος ἐν λέξει πεζῇ, οὐχ ὡς ἐν σχήμασι πολιτικοῖς, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο πανηγυρικὸς, ὃς οὐδὲ πολιτικὸς ἴσως ἂν κληθείη, πάντως ἂν εἴη δήπου ὁ Πλατωνικὸς*" *κ. τ. ἑ*

Cic. Orat. 44: „Platonis orationem funebrem quotannis certo die in populi contione valde probatam recitatam esse memorat, quod satis demonstrat hanc orationem hoc in genere longe praestantissimam habitam esse."

Plato in Menexeno iocari et cavillari et simul panegyricos oratores perstringere voluit. Hi enim Periclis exemplum imitati, eandem materiam, quam is optime in oratione sua funebri tractaverat, tractare volebant, quoniam haec ipsa materia iis aptissima ad populi gratiam sibi conciliandum videretur.

Omnes igitur vires intenderunt, ut civium animis blandirentur et benevolentiam captarent. Ut huius voti compotes fierent, veritatem narrando depravabant, res callidissime fingebant; multitudini blandientes, suam ipsorum famam augere conabantur. Suo arbitrio omnia exornabant, grata et accepta proferebant, gravia et molesta reticebant; quae dicenda erant, eo modo interpretabantur, qui proposito suo servire posset; oratio partim iocose scripta est (cfr. p. 237. C, 249 D.), quod etiam Plut. Pericl. 24 testatur hisce verbis: „*ἐν δὲ τῷ Μενεξένῳ τῷ Πλάτωνος, εἰ καὶ μετὰ παιδιᾶς τὰ πρῶτα γέγραπται*"; sed nihilo secius descriptio et dispositio argumenti tam iusta ratione et via procedunt, ut Periclis orationi funebri, quae extat apud Thucydidem paene non sit inferior.

Facta est post finem belli Corinthiaci, ante initium belli Thebani, igitur inter annos 387 et 382. Thucydides argumentum sic describit c. 36: „*ἀπὸ δὲ οἵας ἐπιτηδεύσεως ἤλθομεν ἐπ' αὐτὰ καὶ μεθ' οἵας πολιτείας καὶ τρόπων ἐξ οἵων μεγάλα ἐγένετο, ταῦτα δηλώσας πρῶτον εἶμι καὶ ἐπὶ τὸν τῶνδε ἔπαινον*"; habet Menexenus p. 237. A: „*Δοκεῖ μοι χρῆναι κατὰ φύσιν, ὥσπερ ἀγαθοὶ ἐγένοντο οὕτω καὶ ἐπαινεῖν αὐτούς. ἀγαθοὶ δ' εγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν. τὴν εὐγένειαν οὖν πρῶτον αὐτῶν ἐγκωμιάζωμεν· δεύτερον δὲ τροφήν τε καὶ παιδείαν· ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν τῶν ἔργων πρᾶξιν ἐπιδείξωμεν, ὡς καλὴν καὶ ἀξίαν τούτων ἀπεφήναντο,*" quorum sententia est eadem.

Post prooemium sequitur prothesis et dispositio, quae bipartito dividitur: laus mortuorum et cohortatio vivorum. Laus, quae tribuitur, origine, educatione et factis nititur. Athenienses nimirum indigenae sunt 237 B, quod inter

omnes constat; cfr. Thuc. II. 36, Pseudo-Lys. § 17, Isocrat. Paneg. 24, Demosth. Epit. 4, Hyperid. ed. Cobeti vs. 37. Orator dicit Atticam dignam esse, quae ab omnibus laudetur, quia deos colat, et, quo tempore reliquus orbis terrarum omnes beluas genuerit, hominem his praestantem procrearit. Atticam tamquam matrem, frumentum pueris suis protulisse et peregrinis impertivisse; et deos invocavisse, qui artes tum belli cum pacis docerent (237 B—238 B). Ἡ ἀριστοκρατία sub forma δημοκρατίας laudatur, quod re vera non est Platonis, sed ita est intelligendum. Plato non imperium paucorum nobibium intelligit sed eam reipublicae formam, qua boni civitatis habenas teneant, deteriores obediant; hoc in Atheniensium rebus maxime laudat, quod optimo cuique aditus ad summos honores pateat. Non aliter Thucydides II. 37 rempublicam Atheniensium δημοκρατίαν nominat, quia a multis administratur, praecipue ab iis, qui factis et gloria alios superent, quam ob rem etiam pauperibus et inopibus, dummodo bene de republica mereant, summos honores capessere liceat.

Historia Eumolpi et Amazonum, et auxilium ab Atheniensibus Argivis contra Thebanos latum beviter memorantur (239 B). Series rerum gestarum initium capit e bellis Persicis et pugna apud Marathonem (240). Pugnae navales apud Artemisium et Salaminem, victoria apud Plataeas, proelium navale ad Eurymedontem flumen (a 469) et expeditio in Cyprum coniuncta cum Aegyptiaca (a. 457) breviter memorantur (241). Mentionem facit pugnae Tanagraeae (a. 458), sed Athenienses ibi victos esse silentio praeterit, memorat autem Boeotos ab Atheniensibus

apud Oenophyta, tertio die victoria reportata, fusos esse (cfr. Thuc. I. 107, 108). Ceteris missis Plato statim transit ad Sphacteriae expugnationem (a. 425) et ad pacem Niciae post acceptam cladem ad Amphipolin (a. 421) (cfr. Thuc. V. 14—19) (242 A—E). Sequitur expeditio in Siciliam et bellum Deceleicum (242 E—243 D). Dicit post pacem cum Lysandro, hac conditione factam, ut Piraei longa brachia et muri scinderentur, bellum civile exarsisse, his legibus compositum: (Nepos. Thrasyb. 3): „Ne qui praeter triginta tyrannos et decem, qui postea praetores creati superioris more crudelitatis usi erant, afficerentur exsilio neve bona publicarentur; reipublicae procuratio populo redderetur." (143 E - 244 B). Ob auxilium a Lacedaemoniis Cyro contra Artaxerxem II latum, Persas bellum contra Lacedaemonios excitasse, idque communiter a Corinthiis, Boeotis, Argivis, Thessalis et Atheniensibus susceptum; Lacedaemonios autem post classem a Conone apud Cnidum destructam et fusam pacem petivisse (a 387), cuius rei turpitudinem orator callidissime obtegit. (244 B--246 A) cfr. Xen. Hell. IV. 6, VII. 1. Plut. Ages. 23.

Talibus maioribus, talibus patribus ortos oportere filios horum egregie res gestas aemulari nec nomen et genus dedecore afficere; divitias enim sine virtute honorem non afferre neque pulchritudinem corporis neque robur imbelli et ignavo prodesse (246 D—247 C). Solamen esse parentibus, qui liberos amiserint, quod non immortales, sed fortes et celebres gnatos procreaverint, nam viriliter aerumnas ferentes reapse parentes fortium liberorum esse videri et „τὸ μηδὲν ἄγαν" non solum rebus secundis,

sed etiam adversis adhibendum esse (247 C—248 D). Urbi curandum, ut orbi publicis sumptibus educentur et quotannis in defunctorum honorem iusta fiant, quae privatim cuique privata contingant. (248 D—249 C).

Verba ultima: „κατὰ τὸν νόμον τοὺς τετελευτηκότας ἀπολοφυράμενοι" fere eadem leguntur apud Thuc. II. 46, Demosth. Epit. 37, Hyper. in Epilogo a Stobaeo Floril. CXXIV. 36. servato.

Expositio igitur rerum gestarum sicut apud Pseudo-Lysiam magnam orationis partem occupat, quas Ps.-Lysias altius repetit, Plato autem longius tractat et persequitur. Pericles universum reipublicae statum laudibus effert, quod multo difficilius fuit et magis oratoris est praestanti ingenio praediti; non mirandum est igitur Platonem hoc conatum esse in ultima parte, ubi ad res praesentes transit.

Dionysii iudicium saepe est iniquum et pusilli animi (Dionys. Dem. 24—32); tria enim vituperat: 1° verborum compositionem, 2° usum Gorgianarum figurarum, quem disserendi modum Plato ipse irridet Gorg. 467 B, Symp. 185 C, quam ob rem Platonem iocum tantum voluisse intelligendum est. 3° dicendi rationem. cfr. c. 5: „Plato sublime genus dicendi cum siccitate orationis miscere vult, unde obscuritas et ambages oriuntur et saepe parum elegans periphrasis adhibetur. Laus Atticae est exigua et impar magnitudini argumenti. Frumenti mentio est ieiuna et fabulae nos non movent." Cap. 51 fragmentum „de Corona" anteponitur, cfr. c. 32. 5. Platonis autem, qui non tantopere, quam Demosthenes cum his rebus coalescit, non tanta exspectatio esse potest.

Rectissime Stallbaum, ad cuias sententiam libenter accedo, in Prolegomenis ad Menex. p. 23 sqq. haec admonet. Multi viri docti mirati sunt, cur Socrates ea ex ore Aspasiae referat, quae tredecim annos post mortem suam accederint. Ad quae Stallb. l. l. „Quippe admisit philosophus ingentem istum anachronismum, quem crepant, petulanti quodam ludibrio, quandoquidem isto modo quam clarissime significatum esse voluit, se vel novissima tempora ob oculos habuisse, nec tantum ea risisse, quae iam olim aetate Socratis praeteriissent. Qua quidem temporum significatione quid quaeso putabimus facetius aut elegantius excogitare potuisse, quandoquidem ea legentium animos vel maxime animadvertere ad illud debuit, quod ut animadverteretur, sine dubio philosophi plurimum interfuit."

Rogantibus, cur Aspasiam orationis fontem nominaverit Plato, Stallb. respondet p. 24: „Itaque Socrates apud Platonem lepidissime fingit, fontem suae orationis non alium esse quam ex quo Periclea fluxerit oratio, quandoquidem Aspasia partim ex tempore nova excogitata protulerit, partim antea meditata et superioris orationis Pericli compositae quasi reliquias quasdam in medium attulerit. Quo commento lepidissimo aperte significat philosophus orationem suam aliquanto propius ad Pericleae orationis virtutem ac praestantiam accessuram esse quam orationibus a rhetoribus scriptis fieri solet. Quod enim Aspasiam finxit (equidem credo iocum a comico quodam, Hermippo fortasse, excogitatum esse) Pericli atque sibi orationes suas suppeditavisse, eo simul facetissime delusit demagogos illos, qui cum honore

publice dicendi sibi demandato mirifice superbirent eoque accepto sibi protenus germani Pericles exstitisse viderentur, tamen nihil ex proprio penu in medium afferebant atque declamitabant fere orationes ab aliis in usum suum conscriptas, quas ipsi non sine magna aerumna edidicissent, ut pueris essent similes, quibus talia etiam per verbera essent inculcanda."

CAPUT VII.

DEMOSTHENIS EPITAPHIUS.

Hanc orationem, quam inter Demosthenis opera receptam videmus, spuriam esse inter omnes interpretatores hodiernos constat, quibus praeiverunt veteres critici una voce hoc opusculum damnantes. Dionysii Hal. de adm. vi dic. in Demosth. c. 44 hoc est iudicium „*φορτικὸς καὶ κενὸς καὶ παιδαριώδης ἐπιτάφιος*" et Libanii *περὶ τῶν μερῶν τῆς ῥητορικῆς*: „*ἐπιδεικτικοὺς δὲ οὐκ ἔχομεν αὐτοῦ* (Demosthenis) *λόγους. τοὺς γὰρ φερομένους οὐ πιστευτέον εἶναι Δημοσθένους, τὸν ἐπιτάφιον καὶ τὸν ἐρωτικόν· πολὺ γὰρ τῆς ἐκείνου δυνάμεως ἀπολείπονται. καὶ οὐχ ἡμετέραν γνώμην λέγομεν, ἀλλὰ καὶ Διονυσίῳ τῷ Ἁλικαρνασσεῖ τοῦτο συνδοκεῖ. ὅτι μὲν γὰρ εἶπεν ἐπιτάφιον λόγον Δημοσθένης, ὡμολόγηται· οὐ μὴν τοῦτον εἰκὸς εἶναι τὸν ὑπ' ἐκείνου ῥηθέντα, πάνυ φαύλως καὶ ἀσθενῶς ἔχοντα.*"

Harpocration s. v. *Αἰγεῖδαι*: „*Δημοσθένης ἐν τῷ ἐπιταφίῳ, εἰ γνήσιος*", ibid s. v. *Κεκροπίς*: „. . . . *ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ ἐπιταφίῳ, εἰ γνήσιος.*"

Photius Bibl cod. 265, p. 492: „*καὶ τὸν κατὰ Νεαίρας δὲ λόγον ὑπτιότητός τινες αἰτιώμενοι τῶν δημοσθενικῶν ἀπο-*

κρίνουσι λόγων· ὥσπερ καὶ τὸν περὶ ἔρωτος αὐτῷ γεγραμμένον καὶ τὸν ἐπιτάφιον."

Inferius: „*τοὺς πεπτωκότας δὲ ἐν τῇ μάχῃ ἐκόσμησεν ἐπιταφίῳ· τῆς μὲν συμβάσης τύχης ἴσως οὐδὲν ἐνδεέστερον, τῆς δὲ ἄλλης αὐτοῦ περὶ λόγους δυνάμεως οὐκ ὀλίγῳ ἐνδεέστερον.*"

Westermann in Quaestionibus Demosthenicis II. Lips. 1831 pag. 49—70 summa vi orationem aggreditur et Demostheni abiudicat, cui assensus est Spengel „Münchener Gelehrte Anzeigen 1838 p. 545, paulo tamen clementius de pretio commenticii huius operis iudicans; scribit enim: „Die Leichenrede auf die in der Schlacht bei Chaeronea Gefallenen, welche unter den Reden des Demosthenes steht, aber in alter, wie in neuer Zeit vielen Zweifel erregte, wird auch hier (apud Westermann) wie zu erwarten war, dem grossen Redner abgesprochen, jedoch ist sie *kein so unwürdiges und niedriges Product* als der Verfasser meint, nur nicht im Geiste und der Kraft des Demosthenes; die *Aehnlichkeit mancher Stellen mit Isocrates und Plato*, woraus eine sclavische Nachahmung hervorgehen soll, ist *nicht so gross*, als dem Verfasser scheint; sie liegt in der Natur der Sache und in der Theorie der Rede; allen mussten von der *εὐγένεια τῆς πόλεως*, der *παιδεία*, den *ἐπιτηδεύματα* sprechen Aber es fehlt die Kraft und die Wärme, wie die dem Demosthenes eigene Fülle der Gedanken; statt *der leeren Aufzähluug der attischen Stämme* und ihrer mythologischen Beziehung erwarten wir eine Vorstellung der Ereignisse, der Nothwendigkeit des Krieges." etc.

Haud aliter iudicat L. Kayser, Jahrg. 1858. p. 378.

„Pseudo-Demosthenes ist viel besser als Pseudo-Lysias; bei ersterem findet man wenigstens eine verständige Anlage; der Verfasser erinnert sich doch daran, dass er vor allen Dingen die kürzlich Gefallenen zu preisen verpflichtet ist; er geht von ihnen aus und kehrt nach kurzen Abschweifungen immer wieder zu ihnen zurück; er verfolgt in ihrer Belobung einen gewissen Plan; die Aufzählung der Phylen mit ihren heroischen Vorbildern ist artig angebracht und der Epilogus mildert in passender Weise den Ausdruck der Trauer mit Worten des Trostes." A. Schäfer „Demosthenes und seine Zeit." III. Lib. V. c. 1. p. 33. suspicatur Callimachum hanc orationem inseruisse Demosthenis operibus.

Blass Attische Bereidsamkeit III. Abth. p. 356. auctorem Demosthenis rationem dicendi, propter rhytmum et hiatum, imitatum esse, eumque multa lectione versatum et philosophiae non ignarum fuisse opinatur, orationem autem eodem fere tempore natam esse putat, quo orationem „de republica ordinanda" et „quartam Philippicam", circa annum igitur 341.

Quicumque hunc epitaphium legit, mirabitur Demosthenem se non protrudisse. „Pro corona" § 285 Demosthenes contra Aeschinem gloriatur se a populo electum esse ad verba facienda in defunctos: „*χειροτονῶν γὰρ ὁ δῆμος τὸν ἐροῦντ' ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι παρ' αὐτὰ τὰ συμβάντα οὐ σ ὲ ἐχειροτόνησε προβληθέντα.... οὐδ' ἄλλων ὑμῶν οὐδένα, ἀλλ' ἐ μ έ.*"

Ibid. § 287: „*εἶτα καὶ προσήκειν ὑπολαμβάνοντες τὸν ἐροῦντ' ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι καὶ τὴν ἐκείνων ἀρετὴν κοσμήσοντα μήθ' ὁμωρόφιον μηθ' ὁμόσπονδον γεγενημένον εἶναι*

τοῖς πρὸς ἐκείνους παραταξαμένοις .... ἀλλὰ τῇ ψυχῇ συναλγεῖν (τὴν ἐκείνων ψυχὴν scil.) .... τοῦτο δὲ ἑώρων παρ' ἑαυτοῖς καὶ παρ' ἐμοί, παρὰ δ' ὑμῖν οὔ. διὰ ταῦτ' ἐμὲ ἐχειροτόνησαν καὶ οὐχ ὑμᾶς." Quae Plut. Demosth. c. 21 confirmat: „ὁ δὲ δῆμος (τὸν Δημοσθένην) καὶ τιμῶν διετέλει καὶ προσκαλούμενος αὖθις ὡς εὔνουν εἰς τὴν πολιτείαν, ὥστε καὶ τῶν ὀστῶν ἐκ Χαιρωνείας κομισθέντων καὶ θαπτομένων, τὸν ἐπὶ τοῖς ἀνδράσιν ἔπαινον εἰπεῖν ἀπέδωκεν."

Qui igitur fieri potuit ut, si re vera oratio Demosthenis esset, ipse, qui proelio interfuit, hoc factum non memoraret? Quae ipse expertus esset, profecto silentio non pressisset. Obiurgatio Thebanorum ducum § 22, quam Westermann Quaest. p. 64 „malignam" nominat, Demosthene indigna est. His de causis stare non dubito a parte Sauppii: Göttinger gelehrte Anzeigen 1864. Nachr. N. 10. p. 218 „Ueber die Epitaphien in der späteren Zeit Athens", qui hanc orationem exercitationem rhetoris cuiusdam nominat. Rhetor autem ille diligentius aliis auctoribus usus est, cfr. Epist. § 14 πλοῦτος — τάχος — ἰσχύς cum Plat. Menex. 246 E: „πλοῦτος, κάλλος, ἰσχύς. cfr. Epist. § 14 cum de cor. 277. § 18 cum de cor. 20. § 10 cum Isocr. 83. § 19 cum Lycurg. Leocrat. 49, Paneg. 92. § 33: „νόσων ἀπαθεῖς τὰ σώματα καὶ λυπῶν ἄπειροι τὰς ψυχὰς" cum Hyper. Epilogo: „ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ νόσων καὶ λύπης καὶ τῶν ἄλλων τῶν προσπιπτόντων εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον." § 34 cum fine Epilogi. § 35 „ἔστι μὲν οὖν ἴσως χαλεπὸν τὰς παρούσας συμφορὰς λόγῳ κουφίσαι" cum Epilogi initio: „χαλεπὸν μὲν ἴσως ἐστὶ τοὺς ἐν τοῖς τοιούτοις ὄντας πάθεσι παραμυθεῖσθαι."

Epit. § 3 γένεσις, παιδεία et βίος separantur, quemadmodum Menex. 257 A; sed dum Plato hac ipsa divisione fundamento utitur, Ps-Dem. παιδείαν transilit et maiorum rebus gestis iam tractatis et laude sepeliendorum annunciata, § 15 breviter ad educationem recedit.

Oratio in quatuor partes dividi potest. I. Praefatio et argumentum: Hos viros non solum ob virtutem laudandos esse, dicit orator, sed etiam quod nobili loco nati optima educatione fruiti sint et honorifice vixerint § 1 - 3.

II. Dispositio argumenti § 4—26. Nobili loco natos esse propter Atheniensium „αὐτοχθονίαν" § 4—6 et quia maiores semper fortiter se gesserint, cum aevo heroico (in pugnis contra Amazones, Eumolpum, Eurystheum, Creontem), tum postea (contra Asiaticas copias et in controversiis Graecorum inter se). § 6—11. Occisos laudandos, qui fortes fuerint et in iuventute § 16 et aetate virili, quotiescumque periculum Graeciae immineret, nec minime in hac pugna, cuius cladem autem propulsare non potuerint, pro virili parte pugnaverint § 18—19; eorum virtutem hostibus admirationem iniecisse, ita ut aequa pax facta sit § 20—21. Fatum hos viros sustulisse, quorum morte omnia priora Graecorum decora in tenebras et magnam ignominiam conciderint § 22—24; eos multis de causis non immerito tales fuisse; propter reipublicae formam bonos viros exstitisse, nam paucorum dominationem civibus terrorem incutere solere, verecundiam non excitare Populi potestatem libertatem loquendi veritate nixam praebere; prava enim occuli non posse, flagitia manifeste patere. Quae metuentes, verecundia oriturae ignominae, motos, omnes periculum fortiter sustinuisse et honestum obitum ignominiosae vitae praetulisse § 25—26.

III. Causae, quae quemque impulerint, ut fortiter pugnaret propter heroum cuiusque gentis recordationem, nominantur § 27—31.

IV. Consolatio et finis § 32—37.

Superstites miserandos esse solatio egere, recordantes defunctos beatos esse; eorum mortem enim ipsis, liberis et parentibus honorem et gloriam afferre, dum ipsi corpora morbis non affecta, animos aegritudinis expertes habeant, et non solum a cognatis et civibus, sed a tota Graecia desiderentur § 32—34. Eos, qui tales viros genuerint, et ipsos e talibus ortos, quam ob rem iis res adversae pulchrius quam ceteris ferendae sint § 35. Grave quidem parentibus esse orbari liberis, sed praeclarum eos aeternos honores et monumentum virtutis publice adeptos conspicere sacris certaminibusque immorlibus dignatos § 36. Justis sollemnibus peractis, ut domum revertantur, orator admonet.

Habet igitur oratio tres partes, quas statuit Dionys. Hal. (Artis, rhet. c. 6): „*ἔπαινον, θρῆνον, παραμυθίαν.*"

Pausanias. I. 29. 11 caesos in pugna ad Chaeroneam sicut priores libertatis vindices in Ceramico sepultos esse memorat: „*ἐτάφησαν δὲ καὶ οἱ περὶ Ἑλλήσποντον ναυμαχήσαντες καὶ ὅσοι Μακεδόνων ἐναντία ἠγωνίσαντο ἐν Χαιρωνείᾳ.*"

CAPUT VIII.

Hyperidis orationis funebris fragmentum.

Post Alexandri Magni mortem Athenienses statim contra Antipatrum arma movere. Milites conducticii partim ab Alexandro, partim ab Asiatico satrape dimissi in Leosthenis partes transibant, qui, cum his copiis praeesset, libertatis vindex exstitit. Ab Atheniensibus civibus, ab Acarnanibus, Doribus, Locris, Phoceis aliisque gentibus adiutus Leosthenes Thermopylas tanto agmine occupavit, ut Antipater post amissam ad Heracleam pugnam, qua Thessalorum duo milia equitum ab eo defecerunt, Lamiam, in locum munitum recesserit. Leosthenes eum arcte obsidione pressit, sed eruptione facta, ab Antipatro ipso vulneratus mox occubuit, a. 322. In eius locum vir strenuus Antiphilus substituebatur; sed cum Leonnatus Macedo e Phrygia magnis copiis auxilio veniret Antipatro, hic, proelio equestri facto, in quo Leonnatus occidit, usque ad fines Macedonicas pervenit, ubi Crateri veteranos exspectavit. Post victoriam ad Echinades insulas a Clito reportatam Craterus mox advenit et apud Crannonem cum Antipatro haud dubiam cladem Helle-

nibus intulit, quinto die mensis Augusti a. 322. Loca Thessalica mox capiebantur; ceterae urbes se subiciebant, donec Aetoli et Athenienses soli resisterent. Phocion et Demades Antipatro succedenti obviam ibant, ut urbis deditionem depellerent; sed frustra. Antipater petivit, ut Demosthenes et Hyperides, qui fugerant, traderentur, arx Munychia obsideretur, tributum et multa solverentur et numerus civium novem milium esset, qui rem familiarem duorum milium drachmarum haberent. Absentes oratores, Demade auctore, capitis damnati sunt, Demosthenes veneno hausto vim sibi intulit, Hyperides in Aegina insula Antipatri iussu occisus est a. 322. Cfr. Diod. Sic. XVIII. Just. XIII.

Ut dignissime virtus et amor patriae eorum, qui vitam pro patria profuderant, imprimis Leosthenis, laudaretur, Hyperidi, quia primus oratorum Demosthene absente esset, hoc negotium mandabatur, quod Diod. Sic. XVIII. 13. his verbis memorat: „ὁ Λεωσθένης παραβοηθῶν τοῖς ἰδίοις καὶ πληγεὶς εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ παραχρῆμα ἔπεσε καὶ λιποψυχήσας εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀπεκομίσθη. τῇ τρίτῃ δ' ἡμέρᾳ τελευτήσαντος αὐτοῦ καὶ ταφέντος ἡρωϊκῶς διὰ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ δόξαν ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον εἰπεῖν προσέταξεν Ὑπερείδῃ τῷ πρωτεύοντι τῶν ῥητόρων τῇ τοῦ λόγου δεινότητι καὶ τῇ κατὰ τῶν Μακεδόνων ἀλλοτριότητι. κατ' ἐκεῖνον γὰρ τὸν καιρὸν ὁ κορυφαῖος τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων Δημοσθένης ἐπεφεύγει καταδεδικασμένος ὡς εἰληφὼς τῶν Ἁρπαλείων χρημάτων."

Fragmentum huius orationis a. 1856 in Aegypto, in papyraceo libro repertum, post Babingtonum, Cobetus emendavit ac edidit; qua editione usus sum.

Vs. 6—16. Orator, ne oratio rebus gestis inferior sit, timet; verba autem, non ad quemlibet, sed ad ipsos rerum gestarum testes dicta spem afferre. Urbem laudandam esse propter studium ad magnificentiora et pulchriora quam quae antea gesta sint; mortuos laudandos propter virtutem, qua maiores non dehonestaverint. Leosthenem utraque re laude dignum, qui et urbi suaserit et civibus dux belli fuerit. Vs. 32—50 Quoniam Athenienses „αὐτόχθονες" sint, supervacuum futurum cuiusque genus laudibus efferre. Num verba facienda de educatione? Non opus. Nam qui in bello virtute excelluerint, sine dubio bona educatione fruitos esse. Quam ob rem incipiendum a duce. Vs. 50—65. Leosthenem, cum universam Graeciam animo fractam et antiquam gloriam ab iis, qui a Philippo et Menandro largitione corrupti essent, obscuratam esse, et urbi viro, omni Graeciae urbe, quae principatum teneret, opus esse videret, se ipsum urbi tradidisse, urbem Graecis ad libertatem praebuisse. Stipendiariis collectis, cum civium exercitus praeesset, Graecorum libertati adversarios proelio facto in Boeotia vicisse, aditibusque occupatis Antipatrum itinere in Graeciam prohibuisse victumque intra Lamiam obsidione cinxisse.

Vs. 65—90. Quamquam Leosthenes fato occubuerit, omnia, quae post eius mortem gesta sint, fundamento ab eo posito, niti; attamen eius laudem cum civium gloria cohaerere; ilium enim recte deliberandi auctorem fuisse, hos, quod periclitari voluerint, pugnando vicisse. Quis igitur non laudaret eos, qui, indicantes se Graeciae libertatem velle afferre, pro ea se voverint? Vs. 90—110.

Pugnam in Boeotia eos incendisse, ut libenter pugnarent, nam Thebanorum urbem dirutam et incolas in servitutem redactos vidisse; neque minus pugnas ad Thermopylas et Lamiam iis honorificas fuisse non solum ob Antipatrum victum, sed etiam ob loci situm, ubi Graeci quotannis bis conveniant et horum virtutis memores fiant. Eos censuisse non multitudinem hominum sed virtutem vires addere; communem omnibus libertatem attulisse et rerum gestarum celebritate sempiternam coronam patriae imposuisse. Vs. 110—125. Macedonum superbia iustitiae vim nullam esse; neque mulieribus neque puellis neque infantibus eorum lasciviam pepercisse, hominibus, non diis sacrificari, eorum servos tamquam heroes coli, quam ob rem illos, qui huic rerum statui finem fecerint, summo honore dignos esse. Vs. 125—140. Plurimos labores, seu pugnando, seu hiemis difficultates ferendo, perpessos esse et Leosthenem eos incendisse, ut et haec omnia perferrent et libenter se commilitones praeberent; nonne igitur feliciores ob editam virtutem, quam infeliciores ob vitam amissam habendos? Mortales enim immortalem gloriam adeptos esse, et sua virtute communem Graeciae libertatem confirmasse. Vs. 140—145. Quandoquidem leges, quibus civium securitas nitatur, summa intentione tutati sint et metu civium ablato vitam impenderint, ut alii bene viverent, patres in honore, matres spectabiles esse, sorores iusto matrimonio iam frui aut fructuras, liberos a populo benevolentiam accepturos propter virtutem eorum, qui non perierint, sed e vita in meliorem condicionem decesserint. Vs. 155—180. Semper et ubique cives horum memores futuros, qui ex his cum bonis

publicis, tum privatis fruantur. Si oblectationis causa posteritas horum constantiam celebret, quid iucundius esse posse quam laudem eorum, qui libertatem a Macedonibus vindicaverint? Si utilitatis causa horum mentio fiat, quam vocem magis audientium animum firmare quam eius, qui virtutem laudet? Vs. 180—210. Etiam in Orco Leosthenem a Troianis heroibus celebratum iri, quorum rebus gestis praestiterit; hos cum universa Graecia unam tantum urbem cepisse, illum cum sua sola patria Europae et Asiae potestatem fregisse. Miltiadem et Themistoclem advenientem barbarorum vim propulisse, Leosthenem ne advenire quidem passum esse, Harmodium et Aristogitonem patriam a tyrannis, hunc universam Graeciam liberavisse.

Habemus igitur orationem, ubi omnia suo loco posita sunt. Patria, genus, indoles, res gestae deinceps laudantur. Leviter orator patriam et genus attingit; non sicut Pseudo-Lysias, Isocrates, Plato, Demosthenes ad res mythicas confugit. neque rebus a maioribus gestis ei opus est. Est status ipse, in quo respublica versatur, sunt aequalium res praeclare gestae, quae eum disertum faciunt. Quanto vigore Leosthenis facta ante oculos ponuntur! Nihil tantopere auditores movere potest quam quod quisque recens vidit et communiter fecit. Qui periculorum participes fuerunt et ancipitem belli fortunam experti sunt, secum omnia animo percurrunt; animus gaudio resultat, cum gloria praedicatur! Cognatis solamen esse potest, quod defuncti sua virtute immortalitatem adepti sint; eorum memoria semper servabitur!

Quicumque propter teneram aetatem proeliis non-

dum interfuerunt exempla aequiparent, ubi viri facti fuerint!

Facta Troianorum heroum, Miltiadis et Themistoclis citantur, ut Leosthenem cum suis etiam haec superavisse pateat. Magnam huius praestantissimae orationis partem periisse valde dolendum. Quam fortititer ac nervose et haec dicta forent ab oratore, qui tanto patriae amore ardeat et tantopere eius saluti serviat! Hanc orationem opus summo artificio factum dicere non dubito.

Epilogum, in quo consolatio ad liberos legitur, Stobaeus in Florilegio servarit. (Flor. CXXIV. 36).

Postquam orationes funebres, quae ad nos pervenerunt, tractavi, restat, ut breviter observem Pseudo-Lysiam, Pseudo-Demosthenem, Isocratem etiam, dum orationem, qua Pericles apud Thucydidem utitur, ante oculos habebant eaque pro norma utebantur, grandia verba adhibuisse, quibus civium animos moverent et laudem maiorum ipsorumque Atheniensium immoderate amplificarent, ut exempla sua superasse viderentur.

Pericles vero et Hyperides, patriae amore impulsi ab istiusmodi insulsis blanditiis abhorrebant. Spretis verborum inutilibus artificiis et ambagibus, res, quales essent, depinxerunt, gravitatem cum simplicitate coniunxerunt, vanam iactantiam, utpote gravi oratore indignam vitarunt.

Ex appendice, quae sequitur, apparebit pluribus locis simillimas sibi esse orationes Pseudo-Lysiae, Isocratis et Pseudo-Demosthenis; nimirum pari studio rhetoricas artis abrepti tres hi scriptores in rebus gestis narrandis saepius eadem verba easdemque sententias adhibuerunt; Thucydides vero et Hyperides paucis tantum locis cum ceteris congruunt.

Haec habebam, quae de orationibus funebribus pro tenuibus viribus scriberem; quae pauca si tibi, Lector Benevole, non prorsus displicuerint, me non frustra operam huic dissertatiunculae impendisse credam.

APPENDIX.

Orationes funebres compluribus locis inter se similes esse supra iam diximus; nunc indicabo nonnullas sententias, ut demonstrem genus dicendi epitaphium certis verborum figuris abundare, ideoque dictu difficile esse, quis furtum commiserit. Quapropter non probandum est consilium viri docti Le Beau, qui in opusculo suo „Lysias' Epitaphios als echt erwiesen", Stutgart 1863, sicubi apud Isocratem, Demosthenem et Lysiam easdem sententias invenit, statim pro certo habet alterum ab altero descripsisse, nullo praeterea argumento allato.

Omnes oratores indicant difficultatem verbis facta assequendi.

Thuc. c. 35: „χαλεπὸν γὰρ τὸ μετρίως εἰπεῖν ἐν ᾧ ἡ πόλις καὶ ἡ δόκησις τῆς ἀληθείας βεβαιοῦται."

Lys. § 1: „ὁ πᾶς χρόνος οὐχ ἱκανὸς λόγον ἴσον παρασκευάσαι τοῖς τούτων ἔργοις."

Isocr. § 13: „τοὺς ἄλλους ἐν τοῖς προοιμίοις ὁρῶ .... λέγοντας, ὡς χαλεπόν ἐστιν ἴσους λόγους τῷ μεγέθει τῶν ἔργων ἐξευρεῖν."

Demosth. § 1: „ἀνυπέρβλητον παντὶ λόγῳ τὴν ἀρετὴν καταλελοίπασιν."

ibid.: „ἀξίως εἰπεῖν ἕν τι τῶν ἀδυνάτων εὑρισκον ὄν."

Hyper. vs. 6: „Φοβοῦμαι μή μοι συμβῇ τὸν λόγον ἐλάττω φαίνεσθαι τῶν ἔργων τῶν γεγενημένων."

Platon Menex. 239 B: „ὁ χρόνος βραχὺς ἀξίως διηγήσασθαι."

ibid. 235 D: „ἢ οἴει οἷός τ' ἂν εἶναι αὐτὸς εἰπεῖν;"

Non solum poetae sed etiam rerum scriptores virtutem laudaverunt.

Lys. § 2: „τοῖς ποιεῖν δυναμένοις καὶ τοῖς εἰπεῖν βουληθεῖσιν .... ὑμνοῦσιν."

Isocr § 74: „περὶ ὧν οἱ μάλιστα δυνηθέντες εἰπεῖν .... ἐπὶ τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις εἰρήκασιν."

ibid. § 82: „μηδένα πώποτε δυνηθῆναι μήτε τῶν ποιητῶν μήτε τῶν σοφιστῶν ἀξίως εἰπεῖν."

ibid. § 186: „τίς γὰρ ἢ τῶν ποιεῖν δυναμένων ἢ τῶν λέγειν ἐπισταμένων οὐ πονήσει;"

Demosth. § 9: „καὶ τοὺς ἐμμέτρους καὶ τοὺς τῶν ᾀδομένων ποιητὰς καὶ πολλοὺς τῶν συγγραφέων."

Menex. 239 B: „ποιηταὶ ἤδη ἱκανῶς τὴν ἀρετὴν ἐν μουσικῇ ὑμνήσαντες."

Alliteratio, quam apud Thucyd. II. c. 46 adhibitam videmus: „πᾶσαν πόλιν παίδευσιν εἶναι," saepius in Menexeno reperitur.

Menex. 240 D: „πᾶν πλῆθος καὶ πᾶς πλοῦτος."

ibid. 242 A: „πᾶς πάσῃ τῇ πόλει διηντλήθη ὁ πόλεμος."

Menex. 244 D: „οὐ γὰρ πάλαι οὐδὲ πρὸ πολλῶν."
ibid. 247 A: „διὰ παντὸς πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶσθε."
„ 249 C: „πᾶσαν πάντων παρὰ πάντα χρόνον."
Item Lys. § 2: „πανταχοῦ καὶ παρὰ πᾶσιν."

Eandem antithesin invenimus apud
Thuc. II. 46: „λόγῳ .... ἔργῳ."
Lys. § 2: „ἔργῳ .... λόγῳ."
Menex. 236 D: „ἔργῳ .... λόγῳ."
ibid. 244 D: „οὐ λόγῳ .... ἀλλ' ἔργῳ."

De Amazonum clade dicit:
Lys. § 6: „οὐδ' οἴκαδε ἀπελθούσαις ἀπαγγεῖλαι τήν τε σφετέραν αὐτῶν δυστυχίαν ... τὴν ἑαυτῶν δικαίως ἀπώλεσαν."
Isocr. § 70: „οὐδεμία παλὶν ἀπῆλθεν, αἱ δὲ ὑπολειφθεῖσαι διὰ τὴν ἐνθάδε συμφορὰν ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξεβλήθησαν."

Qui pro patria mortui sunt non insepulti iacent, sed iusta, quae defunctis debentur accipiunt.
Thuc. II. 43: „τὸν ἀγήρων ἔπαινον ἐλάμβανον καὶ τάφον ἐπισημότατον."
Lys. § 9: „τῶν νομιζομένων τυγχάνειν .... μὴ πατρίου τιμῆς ἀτυχήσαντες καὶ Ἑλληνικοῦ νόμου στερηθέντες καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἡμαρτηκότες."
Isocr § 55 „βοηθεῖν ταῖς κοιναῖς τύχαις καὶ μὴ περιορᾶν τοὺς ἐν τοῖς πολέμοις ἀποθνήσκοντας ἀτάφους

γιγνομένους μηδὲ παλαιὸν ἔθος καὶ πάτριον νόμον καταλυόμενον."
Demosth. § 8: „τὰ τῶν κατοιχομένων νόμιμα οὐ περιεῖδον ὑβριζόμενα."
Menex. 236 D: „ἔχουσι τὰ προσήκοντα σφίσιν αὐτοῖς."
ibid. 249 B: „καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τὰ νομιζόμενα ποιοῦσα."

Athenienses infirmioribus iuste auxilio venire quam potentioribus morigerantes iniuria affectos prodere malebant, et communem urbem praebebant.
Thuc. II. 39: „τήν τε γὰρ πόλιν κοινὴν παρέχομεν."
Lys. § 12: „ἠξίουν ὑπὲρ τῶν ἀσθενεστέρων μετὰ τοῦ δικαίου διαμάχεσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς δυναμένοις χαριζόμενοι τοὺς ὑπ' ἐκείνων ἀδικουμένους ἐκδοῦναι."
Isocr. § 52: „παρέχοντες τὴν πόλιν κοινὴν καὶ τοῖς ἀδικουμένοις ἀεὶ τῶν Ἑλλήνων ἐπαμύνουσαν."
ibid. § 53: „ἡρούμεθα τοῖς ἀσθενεστέροις βοηθεῖν."
Hyp. vs. 107: „τὴν μὲν ἐλευθερίαν εἰς τὸ κοινὸν πᾶσιν κατέθεσαν."

Saepius verbum *νικᾶν* cum participio *μαχόμενος* coniunctum invenimus.
Lys. § 15: „Τὴν ἐξ ἁπάσης Πελοποννήσου στρατιὰν ἐλθοῦσαν ἐνίκων μαχόμενοι."
ibid. § 10: „τὸ δίκαιον ἔχοντες σύμμαχον ἐνίκων μαχόμενοι."
Isocr. § 58: „τοὺς μετ' Εὐρυσθέως εἰς τὴν χώραν ἡμῶν εἰσβαλόντας ἐπεξελθόντες ἐνίκησαν μαχόμενοι."

Hyp. vs. 60: „*τοὺς ἄλλους συμμάχους ἐνίκησε μαχόμενος.*"
ibid. vs. 80: „*τοῦ δὲ νικᾶν μαχομένους.*"
ibid. vs. 98: „*τῷ μαχομένους νικᾶν.*"

Lys. § 16: „*ὁ μὲν γὰρ* (Ἡρακλῆς) *πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιος ἅπασιν ἀνθρώποις.*"
Isocr. § 100: „*πάντες ἂν ὁμολογήσειαν πλείστων ἀγαθῶν τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν αἰτίαν γεγενῆσθαι.*"
Hyp. vs. 48: „*ὡς πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιοι γεγένηνται.*"

De „*αὐτοχθονίᾳ*" supra (pag. 54) locos congruentes citavi; nobili loco nati multas res praeclare gesserunt Athenienses.

Lys. § 30: „*Φύντες καλῶς πολλὰ μὲν καλὰ καὶ θαυμαστὰ εἰργάσαντο.*"
Isocr. § 24: „*καλῶς καὶ γνησίως γεγόναμεν ὥστ' ἐξ ἧσπερ ἔφυμεν.*"
Menex. 239 A: „*καλῶς φύντες πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα ἀπεφήναντο.*"

Lys § 25: „*ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι.*"
Menex. 242 C: „*ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι.*"
ibid. 243 C: „*ἄνδρες ἄριστοι γενόμενοι*"

Athenienses mortem subire quam vitae suae parcere maluerunt.

Lys. § 25: „*ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς οὐ φιλοψυχήσαντες.*"
Dem. § 18: „*οὐδὲ τῆς ψυχῆς ἐφείσαντο.*"
ibid § 28: „*τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν φιλοψυχήσαντες.*"

Hyp. vs. 84: „*οἱ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἔδωκαν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας*"

Cum suo periculo Athenienses communem libertatem ceteris Graecis afferunt.

Lys. § 44: „*τῇ ἰδίᾳ ἀρετῇ κοινὴν τὴν ἐλευθερίαν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκτήσαντο.*"
Dem. § 10: „*διὰ τῶν ἰδίων κινδύνων κοινῆς σωτηρίας πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν αἴτιοι κατέστησαν.*"
Hyp. vs 107: „*τὴν μὲν ἐλευθερίαν εἰς τὸ κοινὸν πᾶσιν κατέθεσαν.*"
ibid. vs. 138: „*διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν τὴν κοινὴν ἐλευθερίαν τοῖς Ἕλλησιν ἐβεβαίωσαν.*"

Rex Persarum clade accepta metu perculsus salutem desperare coepit.

Lys. § 56: „*ὁ μεγὰς βασιλεὺς ἐδίδου τῶν ἑαυτῶν καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἐφοβεῖτο.*"
Isocr. § 118: „(*τὸν βασιλέα*) *εἰς τοσαύτην ταπεινότητα κατεστήσαμεν ὥστε .... ἡσυχιὰν ἄγειν, καὶ τοὺς καιροὺς περιμένειν ἀλλὰ μὴ τῇ παρούσῃ δυνάμει πιστεύειν.*"
Men. 241 E: „*βασιλέα ἐπόιησαν δείσαντα τῇ ἑαυτοῦ σωτηρίᾳ τὸν νοῦν προσέχειν.*

De sepultura publico sumtu facta habent:

Thuc. II. 35: „*περὶ τὸν τάφον τόνδε δημοσίᾳ.*"
Lys. § 66: „*ἡ πόλις ἔθαψε δημοσίᾳ.*"
ibid. § 80: „*θάπτονται δημοσίᾳ.*"

Isocr. § 74: „εἰπεῖν ἐπὶ τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις."
Dem § 33. „ἡ πατρὶς θάπτει δημοσίᾳ."

Superstites curae erunt urbi.

Thuc. II. 46: „τοὺς παῖδας τὸ ἀπὸ τοῦδε δημοσίᾳ ἡ πόλις μέχρι ἥβης θρέψει."

Lys. § 75: „τοὺς τοκέας περὶ πολλοῦ ποιοίμεθα, τοὺς δὲ παῖδας οὕτως ἀσπαζοίμεθα ὥσπερ αὐτοὶ πατέρες ὄντες, ταῖς δὲ γυναιξὶν εἰ τοιούτους βοηθοὺς ἡμᾶς αὐτοὺς παρέχοιμεν, οἷοίπερ ἐκεῖνοι ζῶντες ἦσαν."

Men. 248 D: „ὅπως ἡμῖν καὶ πατέρων καὶ υἱέων ἐπιμελήσονται, τοὺς μὲν παιδεύοντες κοσμίως, τοὺς δὲ γηροτροφοῦντες ἀξίως."

Dem. § 32: „παῖδες τραφήσονται, γονεῖς γηροτροφήσονται."

Iis, qui in proelio occisi sunt ludi solemnes instituuntur, ubi tam vires, quam eloquentia et divitiae monstrantur, quoniam mortui iisdem honoribus digni sunt, quibus dii immortales.

Lys. § 80: „ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς ῥώμης καὶ σοφίας καὶ πλούτου."

Isocr. § 45: „ἔτι δ' ἀγῶνας παρ' ἡμῖν ἔστιν ἰδεῖν μὴ μόνον τάχους καὶ ῥώμης ἀλλὰ καὶ λόγων καὶ γνώμης."

Men. 249 B: „ἀγῶνας γυμνικοὺς καὶ ἱππικοὺς τιθεῖσα καὶ μουσικῆς πάσης."

Lys. § 80: „ταῖς αὐταῖς τιμαῖς καὶ τοὺς ἀθανάτους τιμᾶσθαι."

Dem. § 36: „σεμνὸν .... ἐπιδεῖν καὶ θυσιῶν καὶ ἀγώνων ἠξιωμένους ἀθανάτων."

Corpus mortale habentes, immortalem memoriam reliquerunt.

Lys. § 81: „θνήτων σωμάτων ἔτυχον, ἀθάνατον μνήμην κατέλιπον."

Isocr. § 84: „τὰ μὲν σώματα ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις ἀπέδοσαν, τῆς δ' ἀρετῆς ἀθάνατον τὴν μνήμην ἐποίησαν.

Hyp. vs. 137: „οἵτινες θνήτου σώματος ἀθάνατον δόξαν ἐκτήσαντο."

THESES.

THESES.

I.

Plut. Vit. Themisth. c. 10 „Κλείδημος δὲ καὶ τοῦτο (τοῦ) Θεμιστοκλέους ποιεῖται στρατήγημα."

Legendum ποιεῖ τὸ στρατήγημα.

II.

Ibid. c. 18 „ὥσπερ πλατάνῳ χειμαζομένους μὲν ὑποτρέχειν [κινδυνεύοντας], εὐδίας δὲ περὶ αὐτοὺς τίλλειν καὶ κολούειν."

Deleatur emblema.

III.

Plut. Vit. Thesei. c. 33 „οὐδὲν γὰρ ἠξίωσαν (Tyndaridae scil.) ἁπάντων κρατοῦντες ἀλλ' ἢ μυηθῆναι, μηδὲν ἧττον Ἡρακλέους τῇ πόλει προσήκοντες."

Sentententia ducit ad προσήκειν λέγοντες.

IV.

Xenoph. Hell. II. c. 3. § 26 „καὶ ἐάν τινα αἰσθανώμεθα ἐναντίον τῇ ὀλιγαρχίᾳ."
Leg. ἐναντίον ὄντα.

V.

Xenoph. Memorab. I. 4. 18 „ὥσπερ ἀνθρώπους θεραπεύων γιγνώσκεις τοὺς ἀντιθεραπεύειν ἐθέλοντας καὶ χαριζόμενος τοὺς ἀντιχαριζομένους."
Requiritur τοὺς ἀντιχαρίζεσθαι.

VI.

Polyb. XV. 6. § 6. „ἡμᾶς κεκινδυνευκέναι, τοὺς δὲ...."
Pro ἡμᾶς legendum οὓς μὲν (Romanos), τοὺς δὲ. (Carthaginienses).

VII.

Dion. Hal. XI. 4 „οἱ δὲ καὶ ταῦθ' δρῶντες."
Leg. οἱ δὲ δέκα.

VIII.

Soph. Antig. vs. 716:

ὑπτίοις κάτω
στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται."

Leg. τρέψας τὸ πλοῖον.

IX.

Ibid. vs. 785:

„Φοιτᾷς θ' ὑπερπόντιος ἔν τ' ἀγρονόμοις αὐλαῖς."

Leg. ὕλαις.

X.

Ibid. vs. 1265:

„ὤμοι ἐμῶν ἄνολβα βουλευμάτων."

Malim ἄβουλα.

XI.

Soph. Aiax. vs. 1155:

„ἀλλ' ὑφ' εἵματος κρυφεὶς
πατεῖν παρεῖχε τῷ θέλοντι ναυτίλων."

Pro ναυτίλων legendum est ναυτιῶν.

XII.

Juvenal. Sat. I. vs. 106:

„Quid confert *purpura maior*
Optandum, si Laurenti custodit in agro
Conductas Corvinus oves?

Puto legendum *purpura Maura.*

XIII.

Ibid. Sat. II vs. 84:

„qui longa domi redimicula sumunt
Frontibus et *toto* posuere monilia collo."

Leg. *loto.*

XIV.

Ibid. Sat. III. vs 23:

„Res hodie minor est, here, quam fuit, atque *eadem cras*
Deteret exiguis aliquid."

Corrigendum esse censeo:

„atque ideo cras
Deerit et exiguis aliquid."

XV.

Ibid. Sat. VI. vs. 565:
„Consulit ictericae lento de funere matris,
Ante tamen de te, Tanaquil tua: quando sororem
Efferat et patruos; an sit *victurus* adulter
Post ipsam: quid enim maius dare numina possunt?"
Legendum:
„an sit *ducturus* adulter
Post te ipsam."

XVI.

Virg. Aen. I. 672:
„et vereor quo se Junonia vertant
Hospitia."
Pro *hospitia* malim *consilia.*

XVII.

Ibid. II. 54:
„Et si fata deum, si mens non laeva fuisset,
Impulerat ferro Argolicas *foedare* latebras."
Leg. *fodicare*

XVIII.

Ibid. II. 644:
„Sic o sic positum *affati discedite* corpus."
Leg. *fatis age cedite.*

XIX.

Tac. Annal. I. 41 „feminas illustres .... pergere ad Treviros et externae *fidei.*"
Leg. *fidei dedi.*

XX.

Ibid. IV. 61: „monumenta ingeni eius haud perinde *retinentur*. Scilicet impetu magis quam cura vigebat."
Corrigendum videtur *retinent.*

XXI.

Ibid. XII. 38 „ac ni cito *nuntiis* ex castellis proximis subventum foret copiarum obsidioni."
Immo *turmis.*

XXII.

Ibid. XV. 23 „decretum, atque Fortunarum effigies aureae in *solio* Capitolini Jovis locarentur."
Pro *solio* lege *cella.*

XXIII.

Liv. XXXIII. 9. 8 „consilium habuit, utrum recto itinere per castra hostium *vim* facere conaretur."
Legendum est *viam vi* facere.

XXIV.

Vellei. Pat. II. 88. 2 „Caius Maecenas .... non minus Agrippa Caesari carus, sed minus honoratus (quippe vixit angusti clavi *pene* contentus)."
Pro *pene* legatur *tunica.*

XXV.

Caes. Bell. Gall. VI. 10 „mandat, ut crebro exploratores in Suebos mittant (Ubii scil.), quaeque apud eos gerantur, cognoscant."
Mutandum est *quaeque* in *qui quae.*

XXVI.

Leges comitiis tributis iussae distinguendae sunt a plebiscitis.

XXVII.

A Dictatore rei gerundae causa dicto numquam provocatio ad populum fuit.

XXVIII.

Post legem Hortensiam (a. 286) patrum auctoritas nulla fuit.